

**R. P. Emanvelis De Naxera Toletani, E Societate Iesv,
Sacrarvm Litterarvm Interpretis, Regiiqve Concionatoris.
Excvsus Morales In Librum primum Regum**

**Nájera, Manuel de
Lvgdvni, MDCLXXII**

Capvt XXX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80101](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-80101)

TEXTVS.

VERS. XI. Surrexit itaque de nocte David ipse, & viri eius, ut proficerentur mane, & reuertentur ad terram Philistium. Philistium autem ascenderunt in Iezrahel.

§. XVIII.

Prudens ad perfectionem necessaria maturè comparat, nec temporis urgentiam expectat.

Prudenter. Mors. Prudentia est cauere etiam, quæ non putantur emergere, & ita se in otio comparare, ut nullis possit subitanis, ac improviso perurbatione concuti. Munisio (aiebat Cassiodorus 3. variar. 49.) tractanda est semper in otio, quia tunc male queritur, quando necessaria indicatur. Cum tempus virget, non bene disponitur, quod necessarium habetur. Hinc est, quod David manè proficeretur tempus antevertit, ut necessaria perfectione disponeret: *Surrexit itaque David ipse, & viri eius, ut proficerentur mane.* Dux exemplo præxit, & ut alii surgerent, ipse de nocte surrexit. Si mane Davidem inueniret inparatum, tempus in se comparando insumeret, & tardaret: ergo cum proficiunti manè proponeret, ad insidias Satraparum declinandas auroram non expectauit ut surgeret, sed matutinè sibi prouidens, ubi mīcere cepit, perrexit. *Manè* (inquit Hugo) ne Satrapa insidiarentur ei. Vereri poterat Satraparum, quibus erat infensus, si immoraretur, insidias, & opus esset non sine periculo immortari, si plus, quam fas esset.

continget obdormire: ergo utili somni, otioque dipendio perfectionem adornauit, & alacriter viam arripiuit. Quam aixia oburbaretur sollicitudine, si tempus adurgeret, & Satrapa insidias circumveniret: ergo prouide antelucanus surrexit, & necessaria perfectione disponuit. Qui plurimum florente vita itererunt, magnis solent angustiis premi, cum imparatos mors virget, & conscientia premat. Echini futuras tempestates presentientes, cum indigent lapillis, quibus velut anchoris firmantur, ante tempestatem perquirunt, & ad scopulos fluctibus non impetendos contendunt. Audi datum Cassiodorum: *Dum futuras tempestates agnouerint, loca mutare copientes (quia illis pro levitate corporis nandi nulla fiducia est)* lapilos, quibus pars possit esse complexi, quadam anchorarum ponderatione librati scopulos perunt, quos fluctibus vexandos esse non credunt. Verentur Echinii, ne eorum leuitas procellos vincatur vnde: ergo ante tempestatem apti se lapillis muniunt, & periculo eluso scopulorum alyla petunt: & homines non pudet necessaria peccatorum expiatione se non muniire etiam cum norunt procellos mox tempestatem inflare. Iacob benedictionem fratri præripuit, frater ingemuit, quia Iacob ex gregi heredes attulit, & Esau vengeance incerta, quod patri offerret, quesiuit: ergo Iacob, dum parata afferat, benedicitur, & Esau, dum immoratur in querendo, benedictione priuatur. *Ecce odor sily mei* (aiebat pater) sicut odor agri pleni. Plenus ager habuit, quo patrem oblectaret; nudus non adeo citè potuit producere, quo placaret. *Rebecca* (inquit Hugo) consulit Iacob, ut perga ad gregem, id est, ut afferat ex præhabitis, non ex eo brevi tempore anxietate quæsitis.

Gen. 27.
v. 18.

CAPVT XXX.

 VM QVE venissent David, & viri eius in Siceleg die tertia, Amelicit a tempore fecerant ex parte australi in Siceleg, & percuesserant Siceleg, & succenderant eam igni: 2. Et captiwas duxerant mulieres ex ea, à minimo usque ad magnum: & non interfecerant quemquam, sed secum duxerant, & pergebant itinere suo: 3. Cum ergo venissent David, & viri eius ad civitatem, & inuenissent eam successam igni, & uxores suas, & filios suos, & filias ductas esse captiwas: 4. Leuauerunt David, & populus, qui erat cum eo voces suas, & planxerunt, donec deficerent in eis lachryma: 5. Siquidem & dux uxores David captiwas ductas fuerant, Achinoam I. zraelites, & Abigail uxor Nabal Carmeli: 6. Et contristatus est David valde: volebat enim eum populus lapidare; quia amara erat anima uiuis cuiusque viri super filio suu, & filiabus: Confortatus est autem David in Domino Deo suo: 7. Et ait ad Abiathar sacerdotem filium Achimelech: Applica ad me Ephod. Et applicauit Abiathar Ephod ad David: 8. Et consuluit David Dominum, dicens: Persequar latrunculos hos, & comprehendam eos, an non? Dixitque ei Dominus: Persequere: absque dubio enim comprehendens eos, & excutes prædam: 9. Abiit ergo David ipse, & sexcenti viri, qui erant cum eo, & venerunt usque ad Torrentem Besor: Et lassi quidam substiterunt: 10. Persecutus est autem David ipse, & quadringenti viri: substiterant enim ducenti, qui lassi transire non poterant Torrentem Besor: 11. Et inuenierunt virum Ægyptum in agro, & adiuxerunt eum ad David, deaderuntque ei panem ut comedederet, & biberet aquam: 12. Sed & fragmen massæ cari- reficillatus est; non enim comedederat panem, neque biberat aquam tribus diebus, & tribus noctibus: 13. Dixit itaque ei David: Cuius es tu? vel unde? & qui pergis? Quis

ait: *Puer Agyptius ego sum, seruus viri Amalecita: dereliquit autem me Dominus meus, quia egrotare capi undiustertius: 14. Siquidem nos erupimus ad australē plāgam Cerebri, & contra Iudam, & ad meridiem Caleb, & Siceleg succendimus igni: 15. Dixitque ei David: Potes me ducere ad cuneum istum? Qui ait: Iura mihi per Deum; quod non occidas me, & non tradas me in manus Domini mei, & ego ducam te ad cuneum istum. Et iurauit ei David: 16. Qui cum duxisset eum, ecce illi discumberant super faciem uniuersa terra comedentes, & bibentes, & quasi festum celebrantes diem, pro cuncta preda, & spoliis, que cœperant de terra Philisthium, & de terra Iuda: 17. Et percusserit eos David a vespere usque ad vesperam alterius diei, & non evasit ex eis quisquam, nisi quadrageniti viri adolescentes, qui ascenderant camelos, & fugebant: 18. Eruit ergo David omnia, que tulerant Amalecita, & duas uxores suas traxit: 19. Nec desuit quidquam a parvo usque ad magnum, tam de filiis, quam de filiabus, & de spoliis, & quemcumque rapuerant, omnia reduxit David: 20. Et tulit uniuersos greges, & armenta, & minauit ante faciem suam: dixeruntque: Hac est preda David: 21. Venit autem David ad ducentos viros, qui laſſi substiterant, nec sequi potuerant David, & residere eos iuſſerat in terrente Bessor: qui egressi sunt obuiata David, & populo, qui erat cum eo. Accedens autem David ad populum, salutauit eos pacifice: 22. Respondensque omnis vir pessimus; & iniquus de viris, qui ierant cum David, ait: Quia non venerunt nobiscum, non dabimus eis quidquam de preda, quam erimus: sed sufficiat unicuique uxori sua, & filiis, quos cum acceperint, recedant: 23. Dixit autem David: Non sic facietis, fratres mei, de his, quae tradidit nobis Dominus, & custodiuit nos, & dedit latrunculos, qui eruperant aduersum nos, in manus nostras: 24. Nec audietis quisquam super sermonem hoc: aqua enim pars erit descendants ad pralum, & remanentis ad sarcinas, & similiter diuident: 25. Et factum est hoc ex die illa, & deinceps constitutum, & praesinitum, & quasi lex in Israël usque in diem hanc: 26. Venit ergo David in Siceleg, & misit dona de preda senioribus Iuda proximis suis, dicens: Accipite benedictionem de preda hostium Domini: 27. His, qui erant in Bethel, & qui in Ramoth ad meridiem; & qui in Iether: 28. Et qui in Aroer, & qui in Sephamoth, & qui in Eſhamo: 29. Et qui in Rachal, & qui in urbibus terameel, & qui in urbibus Ceni: 30. Et qui in Arama, & qui in lacu Aſan, & qui in Athach: 31. Et qui in Habor, & reliquis, qui erant in his locis, in quibus commoratus fuerat David ipſe, & vicius.*

TEXTVS.

VERS. I. Cumque venissent David, & viri eius in Siceleg die tertia, Amalecita impetum fecerant ex parte australi in Siceleg, & percusserant Siceleg, & succenderant eam igni.

§. I.

Demones acris contra eos inflammantur, a quibus sapientis vincuntur.

Tentatio.

Non inquam diabolus malitiae sue otium facit, sed tunc præcipue inardeficit, cum se virtutibus oppugnatum agnoscat. Cain duro ingenio, & perueris moribus sordidatus contra fratrem semper gerebat stomachum; ast vbi vidit pingui victimam aras nobilitare, & Numinis benevolentiam promereri, ardenter doluit, & contra fratrem surrexit. *Gen. 4. v. 8.* *Conſurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel. Conſpirauit cædem, dum Abelus hostiam non obtulerat, & aram nobilitarat: ast ut vidit miris virtutum incrementis ornari, actiori indignatione effebuit, & inflanuit. Notauit Tertul. de patientia c. 5. Nec occidere potuit nisi iratus, nec irasci nisi impatiens. Ob Abeli sacrificium cœca ira incanduit, & luorius adulatus est cædem molitus, iam ex tunc diaboli ingenium exprimens, & in Deo placentem furens: *Conſurrexit Cain aduersus fratrem suum. Nec aliter per Amalecitas adumbratus le demon gesit;* Siceleg impetu, & flammis tradunt. *Amalecita impetu fecerant ex parte australi in Siceleg, & succenderant**

eam igni. Alias ciuitates infra n. 14. conſeruatae, non tamen ut Siceleg succendit. Quid si iniquitas, cur ardentius in hanc ciuitatem invenerint, & anhelantibus flammis in cunctum redigere fulpirauerint? Respondebunt Interpretes, cum ſepe à Davide variis fuissent excutitionibus attriti, ardenter illius vindictæ delictio ſuadit vicem rependere, opportunumque tempore, que contra Davidem cogitarant expelle. Ita Rabbi David Kimhi apud Abul. q. 2. Rabbi David Kreis dicit, quod hoc fecerunt ad vindictam eorum, qui invulerat eis David. Adnebit Abul. Et forte aliquis habebit hoc, ut verisimile, quia nullam de aliis urbibus succenderunt, sed ſolam predaſi ſunt. Sicut autem succenderunt David pre aliis plurimam ab Amalecitas preda tulerat, ſapienti que proficit: ego fæno dolore perculsi, & in fæno odio inflammati contra eum vividiū exarferunt, & ciuitatem eius in cineres redigere procoerunt. Sibi debet folerter prouidere, & maiori ſolicitudine imigilare, qui animarum predam à dænone eripit, & cumulo virtutum replendit: nam diabolus acerba indignatione inflammatuſ nihil non tentabit, ut rependendo vicem, ſolent dolorem. Ardentissimas Amalecitas contra Siceleg eumque flammas, quia David copiolas tulerat predaſ. Cum Tobias iunior immenſe piceam trucidaret, fumoque veluti excantatum repulſifet, Raphael duris vinculis, ne contra Tobiam fureret, illigant: *Tunc Raphael Angelus apprehendit deum, & religavit illud indeſeruo superioris Egypti. Otiola videntur vincula, cum tot iam Tobias reportasset trophæa. Quid ergo Angelus modò inuicta demonio vincula, & vinculum apponat impedimenta? Ob idipſum, responderet* Lira

Lira; nam modò rabido ardore furebat, quia Tobias virtutum majori censu emicabat. *Tunc Raphael Angelus* (inquit) apprehendit dæmonum, ne Tobias posset inferre documentum. Suis factis ostendit Angelus opus esse tunc Tobiae sollicitiore vigilancia, quia repetita refulgebat victoria. Ob id appulit scriptura illud, *Tunc*, nam quia tunc eius crescebat dolor, adaugebatur & furor: ergo oportuit utri majori cautela, quia ardenter ira.

§. II.

Si Præfules, superioresque regali assistant in aula, magna subiecti pati solent detimenta.

Superior, Ecclesiasticusque Præfus se sibi eripuit, cùm gubernaculo Ecclesiastum suscepit. *Omnium domos* aiebat Seneca lib. de Consolat. ad Polybium cap. 26. illius vigilia defendit; omnium otium illius labor; omnium delicias illius industria, omnium vacationem illius occupatio. *Ex quo se Cæsar orbi terrarum dedicauit, sibi eripuit.* Quod si secularis Princeps se sibi eripuit, posteriori jure sibi se debet denegare, qui Deo facinus dignitatis insulsi constar fulgere. Quod si reprehensibile est Ecclesiasticum quid temporis alii, quām sui munieris rebus impendere, quid erit in magnatum, Præcipumque aulis immorari, & que dignitas respuit, negotia gerere? Iam quæ ob eumodi pastoris absentiā patientur greges, miris scriptura historiæ adumbravit coloribus: nam cùm David cum Achis verlaretur, & à Sieleg ciuitate sua abellet, Amalecita opportunitatem nactus incolas captivos duxit, & ciuitatem ardentissimis flammis succendit: *Imperium fecerant ex parte australi in Sieleg, & percursorum Sieleg, & succenderant eam igni.* Glosa Moralis testatur hinc esse adumbrata, quanta, si pastores demorantur aulis, patientur subditum detimento: *Per hoc, quod David existente cum Achis Rege comigit damnum predictum, signatur damnum in spirituibus, quod contingit frequenter in diæcisibus prælatorum proper ipsorum occupationem circægoria Regum, & magnum.* Vbi dæmon vidit subiectos doctrinæ, & præfentis Præfus' defititos, cupiditatem flammis accendit, & plures captivos ducit. Ob id Christus Dominus suos discipulos instruens, aiebat: *Vos estis lux mundi.* Et cur non soli, aut luna comparatis, sed luci? Fortassis quia sol nocte abest, & luna dic. Noluit ergo adiunctor solis, aut luna resplendere, sed lucem die, nocteque in templo resplendentem imitari. *Per Apostolos* (inquit Augustinus in Caten. D. Thomæ) *scientia lumen inchoatur, & cognitio Dei claret.* Itaque voluit nullo tempore Ecclesia Præfus' abesse, sed veluti templi lucernam semper doctrinæ radios effundere, & tenebras suorum depellere. Quod si velis nomine lucis solem designari, ipsa similitudo quanta, ob Præfus' absentiam incommoda nascantur, ostendit. *Posuisti tenebras* (aiebat Psaltes) & facta est nox; in ipsa pertransibunt omnes bestie sylue. *Catulus leonum* regentes, ut rapiant, & querant à Deo secum sibi. *Oriens est sol, & congregati sunt: & in cubilibus suis collocabuntur.* Vbi sylua feræ sentient sollem abesse, andafer prossimunt, ut prædarentur; vbi adesse agnoscunt, ius in cubilibus collocantur: ergo agnouerint solis locum tenentes quātam truculentis sylue feris, hoc est, demonibus adiaciam eorum absentia ingerat, & quām præfentia vires eneruet, & reprimat. *Feris* (inquit

Matth. 5.
v. 14.

Psal. 103.
v. 20.

Eman. de Naxera in Reg. Tom. II.

Euh ynius hic liberam prodeundi facultatem præstat. Præstat solis recessus audiendi facultatem, frænam præfentia furorem.

TEXTVS.

V E R S. II. Et captiuas duxerunt mulieres ex ea à minimo usque ad magnum, & non interfecerant quemquam, sed secum duxerant, & pergebant itinere suo.

§. III.

Sunt, qui blandè lambant, ut ardentes flammis adurant.

Nihil deterius peccatoris oleo, blandiendo *Adulatores* grassatur, grassando blanditur; ouis affumit speciem, vt facilis infidias disponat, & incantos fallat; bladitur muneribus, gratis corrumpt adulatioibus, & hoc totum, vt captiuari affectum, & miserum impellat ad casum. *Quis nouit* (aiebat Cassiodorus 2. var. 17.) *cum qua gente configat?* Ideoque omnes debent agnoscere, quod futuri hostibus gratia non sit audire. Minnera ad ornatū præfita cupiditatis inquinamento tendunt sordidare, & grata auribus adulatioes blandimentis corrumpere. Ecce Sieleg dñcinerescit exulta: *Succenderant eam igni.* A quibus ejaculatae flammæ, & vxores abducunt, scriptura non tacuit: *Amalecite imperium fecerant ex parte australi.* Amalecita lambens interpretatur, sed qui nomine promittat blanditias, ardentes injectat flammas. *Confiderandum est* (inquit Gregorius apud Glostam) *quid sit, quod Amalechita Sieleg innadunt, & præda capiant.* Amalechita populus lambens vocatur, per quod secularium mentes designantur, quia terrena ambiendo quasi lambunt. Vxores maritorum præfentia desitutæ, & fortassis ad vitam, ornatumque necessariis fraudat, lambentem, adulantiumque jugum subierunt, & infamiam captiuitatis non recusant. Sepè jam diximus historiæ coloribus mores adumbrari: ergo, dum viris absentibus captiuæ vxores referuntur, & fæminam ingenia, & blandientium ostenduntur studia. *Iura* (aiebat Cassiodorus 2. variar. 11.) *vel divinæ vel publicæ* *nexus contingit* tanta cautela præcipunt custodiri, ut crimen si magnum conscientis alieno effetur in reuerentiam non habere. Basilius sequidem vir spes etabilis datus precibus intinuit Agrippam coniugem suam de propriis Pœnitibus à quibusdam vita sollicitationis abducunt, dum sexus ille fæminus ad mutabilitatis vita patet. Nesciunt frequenter fæmina aires gratis adulatioibus denegare, nesciunt promissi non credere: ergo facilis, qui lambit, abducit. Admisso errore solent ingemiscere, & in monialium castris minimen querere, sed sera poenitentia agnoscunt, quām volatice innixa, & quām adulatioibus fallax. *Adiiciens* (Prosequitur Cassiodorus) *eam, cum in sacrosancta Ecclesiæ septa refugisset, ignorante mariuo; magnitudini tua caſam Arcinatitatem ratione posposita conuulſe.* Unde nunc respiens deplorat ingestam, sibimet grauissimam nuditatem, factum suum ipsa condemnans. Tardè nonnullæ vxores suam leuitatem condemnant, & ad monialium profugia se conferentes insania suæ cæcitatem deplorant. Ergo oportet maritos secundum expédere, mulieribus ingenium ad pompatiū ornatū esse propensum, & ad euanidas laudes inclinatū, ut satagat pro status cōditione ornamēta eis

H h h præbere;

prebere & prudenter assentari, alioquin coniugij iura contemnent, & notam pudori inferent. Forte in stultis illis virginibus est depictum feminarum ingenium: se in Pænatibus continuerunt, quandiu lampas oleo fota resplenduit: ast vbi nitor pabuli defecet elanguit, ambitio cœca foris quaesuit: *Dum autem irent emere, venit sponsus.* Hoc in oleo adulaciones, & fauores humanos exprimi tradit Gregorius Magnus homil. 12. in Euangelio: *Humanos fauores extinent.* Itaque expetebant nitidius splendescere, & pompatico cultu ornari; & dum foris inuenire desiderat presumunt, ad adulatores contendunt; vt qui suo honori cupit consulere, vxori, quo decenter splendeat, non recusaret præstare, immo sataget honestis adulacionibus denuncire.

Math. 25.
v. 10.

§. IV.

In honestum, exiguumque lucrum maximum afferre solet dispendium.

Cupiditas.
Dispen-
dium.

2. Reg. 1.
v. 10.

Gen. 31.
v. 10.

Qui Dei religiosè non adimpler mandata honoris, & facultatis frequenter patitur detrimenta.

§. V.

MErít testimonium solutionis (siebat Caf. Lu. 11. variar. 7.) securitas discitur, de qua non solum animus, sed substanca communatur. Quod legis reverentia præstat, incrementis augetur: securitatis non potest tranquillitate frui, qui præcepta non admittit studiosè fernare. Non potest conscientia lafa quiescere, nec violata legum obseruancia detrimentum non affere. Amalecitarum omnimoda extirpatio facies legibus intimatur supra cap. 15. Verum Israelite parere magis volerunt cupiditati, quam legi. Modo Amalecitarum facultates flammis anhelantibus tradiderunt, & vxores libertate nudarunt: *Capinas duxerunt mulieres ex ea.* Theodoreus apud Glosam inquirit, cur Deus præmisit vxores, filiosque in captiuitatem adduci? Respondetque voluisse hoc facta indicate, quæ ex legis violatione incommoda solent oriri. Amalecita vinere permisus violata legis erat clarissimum testimonium, cum deleri penitus præcepisset oraculum: ergo Amalecita sic legi incidunt, & vxores captivas duxit: atritus vero à Davide, quæ deuorarat, enomiti, & tranquillitatem iterum non turbavit: *Car Deus permisit ut eorum vxores, & filii abducerentur in captiuitatem?* Iam respondet: *Vi rursus expeditionem facerent aduersus Amalecitas, & conuenienter divisa predicatione eos penitus præterea.* Ducantur vxores captivas, & facientes ventant in cineres vñstulæ, vt notum sit quanto detimento Amalecita vinere facit violata lege permisus. & David eos penitus aterat, vt regnum firmiter stabilit. Samson, qui leonis truculentiam edomuit, qui copias Philistinorum acies attruit, à muliere sine vincitur, & ab æmulis oculorum acie prætrahit: *Eruerunt oculos eum.* Mira res! si anteā leonum dominor, si acierum extitit profligator, quod modis jam bruti adstrinxerit habitus, & ab hostibus deritus? Solutio facilis. Quia Nazarænum lege religiosè asseruata iniuste robore prælebat; ast decapillatus, leges probant transgressus. Utque noueris quanta à lege rite culta commoda, & quanta ab eius violatione emergerint detrimenta. Modo eius oculos andent aduersarij eruere, qui anteā non andebant Samfonis oculos suffinere; anteā honore, & saporatis fani fruebatur delicias, modo inhaerent in inferi manus catenis. Notavit Ambrosius epist. 70. *Granibus in eum insultabant omnes, circumagebant ludibriis.* Qui legis obseruantem horrefcebant, ludibriis prævaricationem jam onerabant: tantus à legis obseruantia plausus, tantus à prævaricatione oriri solet contempnus.

TEXTVS;

T E X T U S .

VER. III. & IV. Cūm ergo vēnissent David, & viri eius ad ciuitatem, & inuenissent eam succensam igni, & vxores suas, & filios suos, & filias ducas esse captiucas, leuauerunt David, & populus, qui erat cum eo voces suas, & planxerunt, donec desicerent in eis lachrymæ.

§. VI.

Pro accepte ab hoste cladi mensura esse debet paenitidinis, lachrymarumque copia.

penitentia. **L**VCUOSA strages, si oculis hanriatur, interna vīscera concutit, & gemitus reprimi non permittit. *Sit querula vox doloris* (aiebat Theodericus 2. variar. 25.) *nec se contineant immuniti.* & *lesus anima vociferatione pascatur.* Qui grātia dāmna perperus est, nequit ardētissimo angore non vī, & gemitus leuamentum non querere; & quāvis in corporis detrimētis fortitudo mutam aliquādō edoceat constātiam, & infraētā casib⁹ aduersis patientiam: in anima cladi bus siccō oculi arguunt stupiditatem insanam, vt lachrymarum copia prudentiam dōlorem: nec latē sit faciem lachrymis irrorare, si granissim⁹ vulnerib⁹ conscientiam confet confodi. Hinc eit, quōd David bestiarum domin⁹, & gigantum terror, vbi Siceleg voracibus flammis adustam, & dilectas vxores ab hoste agnouit subjugatas, lachrymas non temperauit, sed dolenter ingemuit: *Cum ergo vēnissent David, & viri eius ad ciuitatem, & viderint eam succensam igni, & vxores suas, & filios suos, & filias ducas esse captiucas, leuauerunt David, & populus, qui erat cum eo, voces suas, & planxerunt, donec desicerent in eis lachrymæ.* Cui videatur strenuum ducem dedecet ploratum, cūm Sceuolum immotus manu⁹ foco applicitam fluere conspexerit, & quis ali⁹ tormentis dicerpt⁹ gemitum non emiserit? cur ergo David, non vērēt fortitudinem ejulati defecare, & aērem clamoribus adimplere? Quia cūm in Amalecitis adumbrent dāmones, & per diuitiarum depradationem dispoliae virtutes, clamorem non emittere eset stupiditas dāmnda, non fortitudo landibus extollenda. *Per hoc* (inquit Glossa Moralis) quōd David existēt cum Achis Rege contigit dāmmū pādiūtū, signatū dāmmū in s̄p̄itūlūb⁹. Animorum dāmna copiosis lachrymis sunt deflenda; nec fas est temperare fletum, si grātia contigit admisisse pīaculum. Vbi Magdalena carere Domino agnouit, in tristēm ejulatum erupit: *celestes sp̄itūs, cur ploret, interrogant, vt ad copiosiorem fletum excavant: Malier, quid ploras?* Non ignorat causam, sed nobis vīleū præbent doctrinam. Iuuenis mater inhibetur plorare, sed, que Domino caret, suadetur flere. Ita Drogo Hostiensis de Sacram. Dom. pass. *Vt tota vī lachrymarum excurrat.* Qui ali⁹ in catus solari adiūterūtū afflīctam, angeri lachrymarum nituntur copiam; quia cūm Magdalena se Domino existimaret pīuātā: *Quia tulerunt Dominum meū, fas non erat modice flere jacturam: ergo Eman. de Naxera in Reg. Tom. II.*

ad lachrymarum incitāt abundantiam: *Vt tota Gen. 37: vī lachrymarum excurrat.* Iacob etiam, vbi se dilecto Ioseph sensit orbatum, tristissimum edebat singulum: *Indūtū est cilicio, lugens filium suum multo tempore.* Filij studioē dolorem nīebantur delinire, fleti tamen pater nōluit modum imponere, quia amiss⁹ Ioseph, hoc est, Christo, fas non erat consolationem admītere, & lachrymis abstīnere. *Iētus aures mītio* (scribit Philo lib. de Iosephi) *similque oculos sp̄ētaculo* (allata erit frērat iūmīca lacerata, cruentāq; fādū in mādū) *dolore turbatus obmutuit per multū temporis sp̄ātium, ne caput quidem valens attollere oppresum tanta calamitate.* Tandem repētēt effusus in lachrymas, velut ē fōne prorūpentes plangebat pētus. Prudentissimus fētēt vī Ioseph orbitatē nos plangēt edocuit, & a fletu non temperandū ostendit.

T E X T U S .

VER. V. Siquidem & dux vxores David captiūt dūctæ fuerant, Achinoam Iezrahelites, & Abigail vxor Nabal Carmeli.

§. VII.

Citō fortūna vēritatū, & à throno ad cāptiūtatem transiūt.

Fallimur, & nobis ip̄is imponimus; ni ha- *Fortūna* beamus p̄tē oculis res humānas sūsque de- que ferri; & nullatenus poss̄ consīstere. Cōchīa in montib⁹ pērēgrināntur, & montium cācumina jacent voluminib⁹ aquarū immersa. *Mutam & bestiæ pro vēste formam* (aiebat Ter- tullianus de Pallio cap. 3.) quāquam & pauc pluma vēstis, & quidem de cataclīstis, immo om̄i conchylī depresso, qua colla florent, & om̄i patagio inaurator, qua terga fulgent, & om̄i syrmatē solutio, qua cauda iacent, multicolor, & discolor, & versicolor; nunquam ipsa, semper alia; eti⁹ semper ipsa, quando alia, toriens denique mutanda, quōdētē mouenda. Mundus mutando pēr- sīstit, dīneritib⁹ durat, & temperatus vīcib⁹ perseuerat. Itaque solemne est rebus omnib⁹ vices pati. *Ame res Macedonum* (scribit Philo lib. Quōd Deus sit, &c.) inclīta fuit Persarū felicitas: sed vīa dies tam vīgēti regno fīnem attulit: & nūc Persa, pēses quos paulo antē fūerat imperium, sunt Pariborū prōvinciā. Hanc varietatē in se ip̄a ostendit etiam Abigail, rustici Nabalis quondam vxor, ad regalem thronū transiūt in Danis futuri Regis vxore⁹ assumpta, & post regias nuptias modō captiūt, & vinculis illigata: *Duo uxores Da- vid captiūt dūctæ fuerant, Achinoam Iezraheli- tes, & Abigail vxor Nabal Carmeli.* Hostes vi- tre pepererunt, vt majori dedecore afficerent, & sub hasta vēderent. *Volebant eos habere, & vendere* (inquit Lyra) *in seruos & ancillas.* Ecce captiūt sub jugo gemuit, que throno ef- floruit. Ob id, qui perspicaces habent oculos, om̄ia, que cupiditatem attendunt, & admirationem faciunt, nihil habuerint, & ge- nerosē calcarunt: Moyses legationem in- struit ad Regem Edom, vtque per floren- tem eius Regiōnēm transītēt liceat, depo- sit: *Obsecramus, vt nobis transire liceat per Num. 25: terrām tuām.* Et cur non obsecet, vt liceat v. 17. immorari, & copiosis deliciis frui? Quia

H h h 2 Moyli

Moysi, respondet Philo, celesti luce illustrato, que ab aliis ambita, videbantur prorsus despicienda. Celeriter, inquit (verba sunt Philonis lib. Quod Deus sit, &c.) transibo per terram tuam. O promissionem generosam, & magnificam? Iane obsecro superare, transire, transcarere, quidquid in terra bonum censetur, poterit? Nibilne vestram properationem removere poterit? Conspicuum diuinarum congestrarum aures ab initio defixa facie? Quid maiorum dignitates paterni, maternique generis, decantataeque à multis nobilitates despiciens? Gloriam quoque, quam homines r. imunt, ceteris bonis omnibus præstarecurritis tanquam rem vilissimam? Omnia profecto proculabant, & despicebant. Huius tempore Philo rationem reddit: Olympia, celestisque anima sunt hac tam ingentia facinora: repleta enim contemplatione verorum bonorum, & incorruptibilium, meritò adulterina illa in diem durantia reuicit. Qui serena virtutum luce, quia nullius insanæ affectionis caliginibus obscenatur, agnoscit, quām contemnenda mirentur, nec delitatis desiderat immorari, sed celeriter transire; de nobili origine gaudet, sed non tumet; corporis habitudine virtutum, non miratur; diutius, ac delitius circumfundunt, sed stercore arbitratur. Itaque quicunque imperturbatis oculis res humanas despicit, Moysi secutus exemplum non desiderat immorari, sed inoffenso pede transire.

TEXTVS.

VERS. VI. Et contristatus est David valde: Volebat enim cum populus lapidare, quia amara erat anima vniuersiusque viri super filii suis, & filiabus: confortatus est autem David in Domino Deo suo.

S. VII.

Inopina dama grauiori dolore exulteant, & diuexant.

Casus.

VT inopina felicitas gaudium incrementat, sic calamitas grauius dolorem exulcerat. Aliquando citius quis appulit portum, cum maxima jan patiebatur naufragium, & quia mōrē tristissimus intrarat præcordia, de inopina securitate latissima augentur gaudia. Felix illi comigit (aiebat Cassiodorus 12. variar. 9.) & predicanda captiuitas, Romana ciuitate perfrui, & Afrorum primi legi potuisse miseri. Felix fuit illi captiuitas, quia resplendit inopera primi legi fructus, & nobilium origini infertus. E contra increbunt lamenti caute, si calamitatis oppresserint inopinæ. David, cum ad sua rediret, & suis tranquillitatem aliquam sponderet, oculis hancit ciuitatem exultam, vxorem, & facultatem ablatam: ergo improviso, acerri- moque spectaculo perculsus ingemuit, & fere obstupeuit: Contristatus est David valde. Omnia animi tanta amaritudine sunt repleti, ut extra se viderentur acti: noua calamitate calamitatem tentarunt solari, & lapidum grandinatione Davidem obruere. Quid si inquiras, cur David tanto fuerit dolore perculsus, & populus amara insanæ repletus? Respondebit Chrysostomus apud Glossam dolorem ex-

creuisse, quia pro tranquillitate, quam spectabant, vxores, filiosque captivos inuenient, & pro domicilio nigris domicilijs cinctores spectant. [Ex insperato superuenientia duplo, quam erant, grauiora videbantur, neque jam tolerabilius: iuxta enim ille quasi quinque domini: mōrē praetendit consolationem inuenientur vxores scilicet, ac liberos; cum repente audiuit illos in seruitum ab hostibus abductos, haustusque oculis ignem, fumum, sanguinem, cadaveria.] Inopina strage, & separata quies inter se concordabant, & veluti dolore integrinato animos adurabant. Floridissimum Nabuchodonosor arborum intutus, cuncte aperiebantur status inopinae securis ictum audire, & conturbantur. Itupet me: Non ait, viro, sed, visiones, quia non minus dolorem auxit floridas, quam aduersitas. Quid si ob statua calum timorem cum hoc ob scissionem arboris conferte velis, cum statua corruit, reperies non solum obcursum, sed anxiō dolore detergitum: Contraria est spiritus eius. Et cum modis graniori exalceretur dolore? Forē quia arbor paulatim fasciata, & floribus denudata: P. adiu. ramos eius, excusite folia eius, & disperge fructus eius. Ramus repetitis ictibus praecidens; ac statua, cum temporum adfultus materia firmata videtur despicer, inopino ictu jacit prostrata, & in cinctores conuersa: ergo insperatus profus evens spiritum conturbavit, & graniori dolore vixit. Ecce lapis (inquit Richardus in Allegor. Tilm. man.) sine manibus absconditur, unde ferri durae conteratur. Non præcessit ictus, qui antea almoneret lapidem abscindendi, & contra statua amari: ergo calamitas tota simul, & insperata graniori dolore perculsus, & spiritum tenuere replenit.

§. IX.

Populus insanit in superiorum etiam in- nocuum, si incommodis gemat pres- sus, & calamitate discrus- tur vexatus.

PRinceps, superiorque cum debet omnibus regi- pridere, & ad omnium tranquillitatem in- cōrā. vigilare, pati solet inuidiam, si populus fortunam impulsa a fortuna (aiebat Seneca de Consolat. ad Polybium cap. 2.) & ca- dentem sustinuit, & in præceptu cuncte tenter di- nina manus usus moderatione depositus. Princeps, superiorisque eloquio angustius est potestia facili in salutem vti, & generalitatis milieis pro- uidere. Sciat Princeps eius ingenii esse populum, ut licet absque eius culpa incommodes suorum, reuerentiam vertat in audaciam, & amorem capere prouumpat in insolentiam. Cum Amaletia Sic- leg inuisit, Princeps aberat, nec villam in fortunio occasionem præbuerat, & nihil omnium cines la- pidies arripuerunt, & Davidem lapidare teneant. Volebat eum populus lapidare, quia amara erat anima vniuersiusque viri super filii suis, & filiabus. Ecquod crimen admisit David, ut à populo mul- tis aliis beneficis obstricto lapidibus impetratur? Nullum profecto, sed quia amarus populus exor- bitabat deliris. Notauit Chrysostomus apud Glossam: Irruant ad eum feris omnibus in- manius habitatores ciuitatis, querentes singulis cañum suorum consolationem ex illis capi- profecto,

Profecto horum demens andacia, andacissimamque imprudentia est superioribus, ac Principibus pro doctrina: nam si satis fuit communis miseria, & improuisa, ac inopina calamitas, ut populus fureret, & de lapidando Danide ageret, quid fieret, si ipse aut otiosis lecturatur oblectamenta, aut calamitatis existet quomodolibet causa? Si, qui tantisper affuit, & nudam praesidio ciuitatem reliquit, cum nec bella perfrerent, nec hostilis cingebat, tanto ardore impetrunt, quo impetrerent, si ipse suos denudasset, & ad statum miserum reduxisset? Scias Princeps populum instar ferre truculentissima esse, aliquandoque feritatem mitigatam recrudesceret, & defauire; opus est prudenti cautela, curandumque est, ne irritarit vel leuis causa: si populus nequeat, quia nimium oppressus, vinere, omnia aggreditur tentare: Vbi procerilla Nabuchodonosori per somnum obiecta arbor dispoliata est floribus, viduata fructibus, praeclisis contracta ramis, Daniel sapientissimus somnij interpres eius exiliu[m] praedixit: *Ei[us]cent re ab hominibus*. Non mirarer, si Nabuchodonosori manu arbor denudata eius est exiliu[m] indubium prafagium, & infelix calamitatis anpicium. *Ei[us]cent re ab hominibus*. Verum si aliena vi praeeditur, Nabucho cur pellitur? Mira res! Ex arboris nuditate coniecit sapientissimus somniorum. Interpres, Nabucho a suis pellendum, nam cum ei parente tranquillitatis, felicitatisque audi, ingum detrectarunt contraria profus experti. Nabucho nec folium abhulit, nec pomum concupivit, nec ramuscum difsecut; sed cum carent desideratis, eum condemnauerunt exiliis. Satis enim est, si calamitas dure premat, ut populus irrationabiliter furat. Dum arbor floruit, Nabucho resplenduit quietus; dum elongauit, exulanit expulsus. *Discant Prelati nostri* (inquit Richardus in Allegor. Tilman) *discant hic, quid facere debeant*. Vereri possunt non dissimilem eventum, qui arborē denudant, qui ad amaras cogunt lachrymas, qui omnibus atulere miseras: quandoquidem Nabucho exaluit non ob sterilitatam a se inuectam, sed aliunde Reipublice inductam.

§. X.

Inclusus, cum grauioribus calamitatibus adurgetur, maiori etiam consolatione, ac ope celesti fruatur.

2. Cor. 1. v. 5.
Tentatio.

Sicut abundanter (aiebat Paulus) passiones Christi in nobis; ita & per Christum abundat consolatio nostra. Qui exterius solum oculis res metitur, nec interna dispicit, fallitur; nam sèpè quæ putantur infanta, felicia sunt, quæ profera externa specie, probantur infortunata. Ita Anselmus ad Pauli locum: Non minima abundat etiam consolatio nostra, quam Deus nobis intus per Christum exhibet. Qui adspiceret exterius Paulum, censet vinculis, & laboribus afflictum; qui interna dispicet, inueniret hilari, ac solida consolacione perfusum. Rubis voracibus impetus flammis ad commiserationem aliceret, si quis externa solum attenderet; verum si examinaret interna, inueniret Dei praesentia nobilitatum, & floridum: ipsa flammæ pro humore erant, quibus latet nesceret, &

viriditatem floridus conservaret: *Habet ha vi-ces condito mortalium* (aiebat Plinius in Panegyri.) ut aduersa ex secundis, ex aduersis secunda na/cantur. Quæ ad speciem aduersa, felicitati sèpè adulantur, & quæ felicia, calamitatibus blandiuntur. David duris calamitatibus angebat opresus, cum Siceleg decinere feceret flammis ardentibus impetita, cum vtraque vxor gereret captiuam, & vinculis illigata, & quasi seum aded tempestas parum effet, additus est exoculus ciuium furor, & imminentis etiam periculi terror: *Confristatus est David valde: volebat enim eum populus lapidare*. Quid tunc? *Confortatus est autem David in Domina Deo suo*. Interna confortatione inconcussa perstebat tolerantia, & imperturbata prudentia, foris angustabatur, sed dilatabatur intus; cum seua autem tempestate collectabatur sollicitus, sed celo magnanimitatis culmine lucebat tranquilla pace fundatus. *Ista confortatio (scribit Abulensis quest. 5.) vocatur spiritus Domini*. Intus habebat spiritum consolantem, populum exteriū patiebatur prementem. Videre est aliquid Dei seruos inter virginissima tormenta tranquillitate vera, solidaque letitia delibatos, & immobili confitanti obarmatos. Ut erga purpuratorum felicitatem non est oculis credendum, quia sub bracteata illa felicitate & timor vexat, & dolor discruciat: ita erga iustos, & Dei amicos aspectus fallitur, quia quos durissima putat calamitate vexatos, interna Dei confortatione perfundet. Populus Iosue, & Caleb dura lapidum procella tentat obruere, sed cum durus lapidum imber minatur, celestis eos gloria protegere admittitur: *Cum clamares Num. 14: omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere v. 10. apparuit gloria Domini super rectum federis*. En Domini gloria fruuntur, & oblectantur, qui videbantur anxijs timoribus concuti, & lapidum grandine premi: pro laboris modo fuit solitum, & maiori tunc securitate, tranquillitateque fruebantur, cum acerbiis, & auris a populo diuexarentur. *Apparuit gloria Domini* (inquit Lira) *ad defensionem eorum, & terrorrem malorum. Eamuli confundebantur, & impediti gloria fruebantur, nam Deus suos intus soluit, quos mundus grauiori persecutione exagit, & acerbiis diuexat.*

§. XI.

Qui plagam ab inimico accepit, animo non cadat, sed notam depellere nobilitori triumpho presumat.

Requerenter multum nostris malis adjicimus, *Panicenisis*. Quia panido metu remedia desperamus, & fortuna cedimus. Perniciosest hostis fugientibus, & omne fortuitum magis premit ignauem pauentem. Benè Seneca Epist. 78. *Toto contra illam pugnet animo; vincetur, si cesserit; vincet si se contra dolorem suum intenderit. Nunc hoc plerique faciunt, attrahunt in se ruinam, cui obstante est. Istud, quod premit, quod impendet, quod urget, si subdancere te caperis, sequetur, & grauius incumbet: si contra steteris, & obniui volueris, repelletur. Plures, dum despondent animum, incrementauerunt infortunium. Strenuus athleta, quam accepit, plagam satagit reportata solari Victoria, & inde acris accenditur, vnde ad speciem extinguebatur. Cum David ingen-*

H h h 3 tissimam

tissimam ab Amalecitis plagam accepisset, cùm eius ciuitas acri flammarum voracitate forderet exusta, cùm veraque vxor ingemisceret subiugata, copioso prius fletu diluit, si quam contrarerant culpam, & aggressus est nobili triumpho notam expangere, & amissa fænore lucido instaurare: *Confortatus est autem David in Domino Deo suo.* Si ignato impeditus metu animum defonderet inflecte hostibus plaga, amissa non instauraret: ast dum honestas spes alit, & in certamen delcedit, captiuam captiuam temere duxit, & inimicorum strage, quam amiserat, gloriam redemit: *Exiit ergo David omnia, que tulerant Amaleciti.* Prodest Caietanus: *Legendum est: Et roboranit se David in Iherosolimam Elobi suo.* *Divina inspiratione fiduciam accepit non in se ipso, sed in summo Deo gubernatore suo.* Deus David inspiravit accepta clade non ignauit succumbendum, sed acris, & virilis pugnandum. David, dum foriter dimicat, amissa recuperatur, & hostilis sanguine notam eluit. Ab Iaenibus plagam accepérat Iosue, sed cùm dolore iaceret prostratus, animos iubetur indere, & expiaria macula validius arma prensare: *Surge, cur iaces pronus in terra?* Et iterum: *Ne timeas, neque formidas; tolle te cum omnem multitudinem pugnatorum.* Iuxta Hebreum habetur: *Non te franges.* Et Caietanus ad cap. 8. *Purgato anathemate confortat Dominus Iosuam, ut non frangatur animo, sed ad priscam integratem redeat, & aggrediatur ciuitatem Hæi.* Iacere exanimem incrementabat infortunium; expiato anathemate arma prensare promittebat trophæum. Ergo discat à Dauid, & Iosue, quia in uno hoste plaga accepit, animum non despondere, sed strage hostis dignam vltionem ambire. Nam ut benè datus Seneca: *Quod uerget, si subducere te caperis, sequitur, & granis incumbet; si contra steteris, & obnisi valeris, repelletur.* Acris pugna finis dolendi sit, & vt athletæ de genu pugnant; sic virili certamine debellanda est hostis audacia, & reprimenda impudentia.

TEXTVS.

VERS. VII. & VIII. Et ait ad Abiathar Sacerdotem filium Achimelech: *Applica ad me ephod.* Et applicauit Abiathar ephod ad Dauid, & consuluit David Dominum, dicens: *Persequar latrunculos hos, & comprehendam eos, an non?* Dixitque ei Dominus: *Persequere, absque dubio enim comprehendes eos, & exiicias prædam.*

S. XII.

Non est internis motibus audax fiducia adhibenda, sed voluntas Domini prudenti consultatione exploranda.

Oratio.
Inspiratio.

*C*œlesti sœpè ad egregia facinora pulsu incitamus, ut sœpè etiam occulta nobis ipsis præsumptione, & temeritate mouemur. In his magno periculo erratur, si falsus audeas, aut

timidus cedas. Res ad Dei amicos est deferenda, & Numinis sententia confutius & prudens est exploranda, ne, si pulsu resitas, amittas triumphum, an si præsumptioni credas, inuestis patiaris naufragium. Veterius serpens Deo voluit assimilari; sed vt similitudine honeste prætena, virtutis est etiæ elogium. *ieclitus est draco.* Non solum interest honestum ambire, sed debito modo conari. *Vivere omnes* (aiebat Seneca de vita beata, cap. 1.) *beatæ voluntatis, sed ad peruidendum quid sit, quod beatam vitam efficiat, caligant.* Sæpè cupiditas virtutis nomine obrepit, præsumptionis audius superbus existimat impulsus: ergo inter has caligines lux est perquirenda, que veritatem appetiat, & quid faciendam edocet: Cùm Amalecita succensa Siceleg, copiosam prædam abegissent, coelestis pulsus Dauidem excitabat, ut cum latrunculis iniret pugnam, & ablatam excuteret prædam: ille vero vt prudens Sacerdotem ad jet, & Deum consuluit: *Et ait ad Abiathar Sacerdotem filium Achimelech: Applica ad me ephod.* Et applicauit Abiathar ephod ad Dauid, & consuluit David Dominum. Ad hanc insectionem latrunculorum à Deo sumis motum colligunt. Interpretes ex eis verbis: *Confortatus est David in Domino Deo suo;* id est, Deus animos indidit, & vt petequerem latrunculos, inspiravit. Ita Abiathas quæst. *Prius erat David quasi desperans de recuperanda præda; nunc autem cepit sperare, & hoc quia fuit per quandam pulsationem faciem in corde suo à Deo.* Dicitur confortatus esse David in Deo suo, & ista confortatio vocatur spiritus Domini. Hinc oritur difficultas. Si David Dei spiritus agitur, aliquid iterum quid faciendum per sacerdotem consulitur? Otiosa videtur consulatio, cum superna sentitur motio: ergo David Sacerdotem non audeat, sed in latronis infilia. Profetè David formam præscripti, ne facile omni spiritui credamus; sed, an ex Deo fit, examine prudenti pensamus. *Prius David* (inquit Abiathas quæst. data) *confortatus est, quam consuleret Dominum: immo propter hoc consuluit Dominum, quia confortatus erat, & peribat se posse recuperare prædam.* Spes corde fovebat prædam recuperandi, sed quia clare non agnoscit, an spes illa à militari audacia promanaret, an à Dei spiritu proneniret, prudenter decuit per Sacerdotem, quid ex viu foret, scilicet, & omnem ambiguitatem expangere. Consultus Deus pulsus illum non fallacem dixit, & victoriam spopondit. Plures à veritate decurrunt, quia quid corde sentirent ad Sacerdotem non detulerunt, & dum callidam serpentis astutiam arbitrantur spiritus Sancti flammam, à recto tramite deniant, & calamitatem fibi præmatur. Paulus ad Corinthios scribens, aiebat: *Timeo, ne scire serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpanter sensu vestri, & excidant à simplicitate, qua est in Christo.* Euandum seductorii creditit, & ei, qui se in Angelum lucis transfigurare solet, patulas aures exhibuit, à veritate profus aberravit. Profetè Anselmus: *Timeo, ne scire serpens Euam seduxit astutia sua, id est, ne scire diabolus in serpente latet, & per os eius leprosus Euam seduxit, ita corrumpanter sensu vestri, ab eodem fallaci deceptor.* Latet diabolus, & virtutis specie alium præcipitat in andream, instigat alium ad ansteritatem rationi aduersam, & dum quis

putat bono spiritu duci, inventus est falli: ergo, ut aurum examinatur ad lydium, ita spiritus ad Sacerdotum, ministrorumque Dei lydium debet examinari, & Davidis adinstar veritas per Sacerdotem inquiri.

TEXTVS.

VERS. IX. Abiit ergo David ipse, & sexcenti viri, qui erant cum eo, & venerunt usque ad Torrentem Besor, & lassi quidam substiterunt.

§. XIII.

Prudens per otium consultat, sed de creta consulto accelerat.

Consilium. **E**xecutio. **F**vlmina (aiebat Seneca 2. lib. Natural. cap. 41.) dicunt a Jove mitti, & tres illi manubias dant. Prima, ut aures, monet, & placata est, & ipsius consilio fons mittitur. Secundam mittit quidem Iuppiter, sed ex consilio sententia. Duodecim enim Deos aducat: Tertiam manubiam idem Iuppiter mittit, sed adhibitis in consilium diis. Iuppiter aducatis in consilium diis, an aliquis sit multatus per otium tractat, sed semel consilio habito celeriter docta exequitur, nec moris fulmen tardatur. Et quidem ex fabulis instrui potest politica, & ad regimen necessaria prudenter. Quae subita, & inconsulta, probantur incauta, ut etiam saepè effectu carent, quæ lenta. Diu meditata, & celeriter absoluta profunt; nam consilio error vitatur, & celeritate obex quilibet antevertitur. Si deliberata tardentur, hac, aut illa industria solent presentari, & varijs obicibus optato fine frustrari. Curandum est, ne opportuna occasio præteruollet; aliter ipsis eluditur, & inutili labore tempus conteritur. Hinc est, quod David, & si interno pulsu, ad producendas contra Amalecitas aries moueretur, noluit bellum tentare, quoniamque Deum per Sacerdotem prouidenter consuluit; ast post consultationem, quod expedie agnouit, exequi nullatenus retardauit: *Abiit ergo David ipse, & sexcenti viri, qui erant cum eo.* Nulla inter consultationem, executionemque mora refertur, sed bene consilium celeriter executioni mandatur. *Nihil cunctatus David* (inquit noster Sanctius) *afflupsumit secum sexcentos viros, qui magnis, vi res ipsa postulabat, itineribus simul usque ad Torrentem Besor omnes peruenere.* Expende verba illa: *Nihil cunctatus: cum Martialis ardor, & excutendi prædam desiderium Davidem veluti adactis calcaribus irrumpere contra latrunculos persuaderent, quid ex vnu foret, consilium; at consilio jam habito, quamvis ex castris Achis usque ad Siceleg per tres dies itineris labor tandem per animos recreare, viresque colligere persuaderet, nullatenus David præfectionem distulit, sed irruptionem quantocius acceleravit, & feliciter successit; nam excusit prædam, & hostium sanguine delenit iniuriam.* Gedeoni fugam adernanti celestis nuntius apparet, & victoria spes securissima fons: *Liberdis Israel de manu Midian.* Gedeon, ut erat prudens, quam opus illud esset arduum, obiecit: *Ecco*

familia mea infima est in Massa. Angelus, quod decesset robori humano, cælitus ait adiiciendum, nec de victoria usquam dubitandum: *Ego ero tecum.* Ut felicis nuntij strenas exhiberet gratius, hædum paruit, & obrulit; obsequiosis officijs jam delinitum, ne vel leuis cordi hæreret scrupulus, signum exhiberi sibi precatus est: in re adeò difficili examinanda, discutiendaque tempus aliquod utiliter impedit; re vero jam maturè deliberata inimicos sic adorbus est, ut vigiliæ aduentum non præsenserint, nec inimici gladium euaserint: *Gladius Domini, & Gedeonis. Panis, qui (commilitone interpretre) gladius erat veluti alatus inuolauit, & castra momento etuerit: Cum peruenisset ad tabernaculum, percussit illud, atque subuerit, & terra funditus coequauit.* In hoc Gedeonis triumpho bona politices instrueta est. Per otium omni jam difficultate discussa, & prudenter examinata gladius inuolauit, & ingentem hostibus cladem intexit. *Hoc modo* (inquit Caietanus) *securus tentorium casus describitur.* Hoc modo describitur hostium casus, Gedeonisque triumphus, scilicet præmissa matura consultatione, & celeri adhibita executione. Hoc modo victoris reportata est, pane, & gladio; nam vtroque opus. Gedeon libratis vndique rationibus prædictæ lance deliberat, & deliberatum accelerat.

Iudic. 7.
v. 20.

TEXTVS.

VERS. X. Persecutus est autem David ipse, & quadringenti viri: substiterant enim ducenti, qui lassi transire non poterant torrentem Besor.

§. XIV.

Non est mirandum optimis exemplis non allici, sed mirum prauis non infici.

Nescias quid maioris energiæ exemplis insit **Exemplum**? ad prauia. Video meliora, proboque (aiebat quidam) deteriora sequor. Quisque, quod sensibus blanditur, gratius, & audius amplectitur. Rationi consonum, nostra fragilitati videtur amarum, & ignavia fugiendum aut retrahendum. *Et & has peruerstias hominum* (aiebat Tertullianus aduersus Gnoticos c. 5.) *salutaria excutere, exitiosas suscipere.* Solemne est infantis affectionibus obscuratis virtutis auersari antidotum, hiare ad voluptatum venenum. Hinc, laudandi sunt quadringenti illi viri, qui eosdem, ac cæteri, itineris labores passi, non substitere lassitudine irretiti, sed Davidis vestigia presserunt lati. Nec mirandi adeò ducenti, qui maluerunt lassitudinis sequi consilia quam sciorum amplecti exempla. Prodigiosum fuit ex sexcentis, qui honestum illud iter arriperant, ducentos solum in medijs conatibus substituisse, quando frequens est plures innorari, & pauciores virtutis iter absoluere: *Persecutus est autem David ipse, & quadringenti viri: substiterant enim ducenti, qui lassi transire non poterant Torrentem Besor.* Maluerunt ducenti præsentiam aquarum

aquarum dulcedine lassitudinem recreare, quam spolijs hostium speratis ditescere. Fragilitati ducenti cesserunt; at quadringenti, et si lassi, praeterfluentem voluptatem aspernati, viuidiori cursu ducem referuntur secuti. *Alij magis expediti* (inquit noster Sanctius) *incepunt viam velociori cursu persecuti sunt*. Horum alacritas lassos ad imitationem non allexit, nec illorum ignavia hos ab incepto itinere retardauit; sed mirabilius fuit lassorum exemplis alios non corrumpi, quam fortium vestigia lassos non sequi. Cum nescias, que maior init exemplis prauis energia, & ad euigorandas vites efficacia, Iosue, & Caleb coelestis gloria protegit, & coelicularum quodammodo referre mores ostendit:

Num. 14.
v. 10.

Apparuit gloria Domini super tectum federis cunctis filiis Israel. Digno Deum præmio Iosue, & Caleb muneraſe tradit Caetanus: Hinc insinuat, quod volentibus illis lapidare Iehosuā, & Chaleb, configurant ad diuinum tabernaculum: & statim via eis glorioſa species ad protegendum eos. Non solum periculum effugere protegi, sed radiarunt coelesti splendore nobilitati. Et cur modò eximia aded remunerant mercede, qui egregia executi facinora tanto donati non refulerant splendore: Si Amalecitas Iosue opugnans, & atterens hoc honore non fruatur, si fideribus stationem imperans his præmis non muneratur; cur modò coelesti fulgore cingitur? Referamus historiam Reliqui exploratores reclamantibus vberimis, & micantibus è tellure adductis fructibus ausi sunt telluri detrahere. Iosue, & Caleb pro veritate steterunt: ergo, dum eorum sententiam non secuti, mercede probant digni. Insolitum non fuit reliquos exploratores Iosue, & Caleb opinioni non adhædere, sed rarum vīsi etiam fructibus, & inspecta studioſe regione exempla praua vtrunque non sequi. Iam more coelicularum gloria fruuntur, quia exiſſe quodammodo mores humanos probantur; nam licet frequens sit otium, voluptatibusque ſectatores optima exempla delpicere, non eſt frequens virtutis affectus prauis exemplis non laeti: facilè persuadentur vixit, quia nos inclinat corrupta, & vixit aſuetu natura. Virtus in arduo posita eſt, eius clivum superare eſt honeste audacis, & fortis.

TEXTVS.

VERS. XI. & XII. Et inuenerunt virum Agyptum in agro, & adduxerunt eum ad Dauid, dederuntque ei panem ut comedaret & bibeat aquam, sed & fragmen massæ cariarum, & duas ligaturas vix passæ. Quæ cum comedisset, reuersus eſt spiritus eius, & refocillatus eſt: non enim comederat panem, neque biberat aquam tribus diebus, & tribus noctibus.

S. XV.

Subſidio eſt virtutis mundi affectus deſperatus, & plurimis laboribus diuexatus.

Vicium.
Labor.

Neſcorruptus vir conſonæ virtuti vix artifex eſt, à vera luce hauit vnde ad honestatem

conetur, & à ſinicis vitiis, voluptatibus auersantur: verū cum ardui virtutis ſine grefsu, oportet, ut facilius viles ſubeat moleſtias, offendere, quam miseras vitiis ſectatores patientur ærumnas. *Infelices quidam* (aiebat Seneca de vita beata cap. 7.) *non ſine voluptate, immo ob ipsam voluptatem* ſunt. Adneſtit: *Virtutem in templo inuenies, in foro, in curia pro moris ſtante, puluſerentiam, callosas habentem manus: voluptatem lauant sapientis, ac tenebras captantem; circa balneum, ac ſudatoria, ac loca edilem metuentia; molles, eneruē, mero, atque vnguento madentem, pallidam, fucatam, & medicamentis polluant. Virtus callos manibus obdact honesto labore, voluptas robur expectorat, vires enerat, adducit maciem, & pallorem. Quicunque incoramto iudicio virtutis ærumnas cum vīli incommodis contulerit, pro virtute ſtabit; ait deputatus affectus interpellat iudicium. Dauid ſequabantur milites armis onus, & moleſtis itineris fatigati, cum coeleſti prouidentia eis obtulit Agyptum Amalecitas ſeruum ſuper mudam tellurem facientem, & ferè ob famem, & ægritudinem spirantem. Huic edula milicerider perreverunt, & penit exiſtens spiritus reuocarunt: *Inuenient virum Agyptum in agro, &c. non enim concederat panem, neque biberat aquam tribus diebus, & tribus noctibus.* Israelita non ſolū habuit panem, ut famem expelleret, ſed ut Agypto porrigeret: Agyptius nuda tellure iacebat februm ardoribus adutus, & inedi diuexatus; ergo dum Dauid ſequit Amalecites inſertentis ærumnas oculis exhauiunt, virtutis labores facilius agnoscunt. Dauidis non drectabunt ſequi vestigia, qui Agypti animaduertunt exempla. *Commonum* (inquit noster Sanctius) illa uita ut puerum quendam Agyptum Amalecitas ſeruum offendenter. Adneſtit paſt. *Affectus agre, & extrema penit fama confusus iacebat humi moriuntur. Aegritudinem, famemque, quam Amalecitas inſertendo conuocat, mors miseranda manebat. Dauid inſertientes non vrebant famem, & manebat ſpoliorum abundantia, & victoria gloria. Cum Pharisai vxorum moleſtis diuexati, aut ſumpio, coniuiuſque quaelibet afflicti, Chriftum interrogarent, an mariis licet quacunque ex cauſa eis dimittere: Si licet homini dimittere ex eis. Mar. 14. ſuam quacunque ex cauſa. Dominus coeleſti do- & trina magiſter iugum ſemel ceruii impeditum pro libito excuti non poſſe aſſeruit. & in hanc vocem diſcipuli proruperunt: Si ita eſt cauſa hu- manis cum uxore, non expedit mabro. Non cal- accidit, ut diſcipuli audiunt dubium, & reponunt; nam cum Dominus caſitatis expe- ditam viam diſcipulos edoceret, oportuit, ne laboriosam ſemitam illam exiſtarent, quan- tis coniuges laboribus diuexarentur, audire, ut conferentes inter ſe ærumnas, eligeant vxorum liberari moleſtis, & inſtitere caſitatis vestigij. Ita Hieronymus in Catena: Gra- ne pondus uxor eſt, ſe excepera cauſa furcicu- zis eam dimittere non licet. Quid eniſtimu- lenta fuerit, ſi iracunda, ſi malis moribus, re- nenda erit? Videntes ergo Apoſtoli grane ex- erum iugum, proferunt motum animi ſuam. Expe- derunt Apoſtoli cum vxorati laboribus labores caſibis, agnoueruntque ſatiſ ſibi elle breui voluptate carere, quam tot moleſtias ſubire.**

ergo eorum continentiae subdio fuit vxoratus
querulus, & afflicetus. Ad custodiendam viam
ligni vita flammus gladius apponitur: *Ad cu-
stodiendam viam ligni vita*, cum ad custodiendam
viam ligni scientia apponendus videretur:
verum cum arbor, qua serpenti instrumento
fuit, horrida manerit, & mdata: *Conseru-
folia siccias*, satis erat, vt arceret, aspectus. *Nu-
dant arborum* (scribit Basilius Selencensis orat.
3.) circa arborum premarcati, ab arbore tegu-
mentum misuantur. Quis serpenti inferuerat, si
videat arborem, que inferuerit, foliis denu-
datam, & horridam? Quis pomum ambar, si
alpiciat Adamum ob brenem voluntatem tot la-
boribus addicatum, tot commodis dispoliatum?
Que mulier floridum illum ornatum discipiat,
si Euan doloribus discruciamandam expendat?
Ergo gladius viam ad vite lignum munit; nam
oculis vtentibus ipsa arbor scientiae perfudet
non accedere, nec aedc cara poma exambi.

§. XVI.

*Ministrorum Christi est proprium egentes
alere, & ad virtutis iter adducere.*

Christi minister pauperum est subsidium,
& ægrotorum fomentum. Quid Redem-
ptori gratus, quam peccatorem ab vtraque
morte renocare, & ad virtutem adducere? *Con-
scientia recta* (aiebat Cassiodorus 12. variat.
17.) vias publicas tenet, plurimorum colloca-
tione granularit, & cum diversis graanter inqui-
rit, laboris radio non granatur. Christi discipulus
laboris tedium non granatur, sed culparum ma-
culis sordidatos, vt restituat virtutis candori,
inquires zelo, & charitati blanditur. Anxie
ab inferorum via, vbi facilis patet aditus, &
non redditus homines renocare contendit, nec
labori parcit. Qui Davidem sequebantur, mi-
litiae Ægyptium inuenient ferè extremitos spi-
ritus agentem, inedia tabidum, morbo affli-
ctum; ergo alimentis recreantur, & ad Dauidem
duxerunt: *Innenerunt virum Ægyptum in
agro*, & adduxerunt eum ad David: *decederuntque
ei panem ut comedere*, & biberet aquam. Nil
Davidis militibus incedunt, quam Ægyptum
penè emortuum humeris imponere, & Dauidis
alpestrum obijcere. *Innenerunt eum quasi mor-
tuum* (inquit Abulensis quæst. 10.) proper
famem, ut patet infra, & adduxerunt eum ad Da-
uid. Incunda sati fuit Dauidi præda, homo à
mortis fauibus erutus, & ab animæ, & cor-
poris ægritudine liberatus. Ezechiel in terra
Chaldeorum mirabilis visio obijcetur, simili-
tudo scilicet quatuor animalium, que in mo-
dum ignis inuolabunt, & splendore tenebras
depelbant: *Factum est verbum Domini ad Eze-
chielum filium Buzi* Sacerdotem in terra Chal-
deorum fecus flumen Chobar. Et facta est super
eum ibi manus Domini. Super Ezechielem facta
est manus Domini, immo ipse factus est Domi-
ni manus, ut animalia coelestia imitatus indè
extraheret verò predicationis spiritu, quos
jam Chaldaæ aboruerat immanni hiatu. Dei
gloriam animalia sitiebant: ergo induerunt multi-
plices pennas, lucis ardentes eicerunt scin-
tillas, si possent ad virtutis semitam renocare,
quos à Chaldais videbant abduci. Inquit Gre-
gorius homil. 2. in Ezechiel. *Venit in terram
Chaldeorum. Chalda interpretantur*, ut dixi-
mus, captiuitates, vel quasi demones. Iniqui
Enan. de Naxera in Reg. Tom. II.

Ezech. 1.
v. 3.

enim, quia & ipsi iniquitates perpetrant, & ad
iniquitatem alios persuadendo trahunt, nimis
captiuitates sunt. Quam legitimus Dei reple-
nuit Sacerdos, & quam digne Numinis erat
manus, qui captiuitates abigebat, & captiuitas
doctrina luminibus illustrabat. In medio capti-
uorum Dei manus efficitur, vt hos ingo exi-
mat, & captiuitates profligatos pudore con-
fundat. Verbum Dei ad Ezechielem dirigitur:
Factum est verbum Domini ad Ezechielem, &
manus verbum comitatur: *Et facta est super
eum ibi manus Domini*; quia parum prodeset
verbum sano manu, & manus non proficeret
suo spiritu. At Sacerdotis manus impletuit, cum
verbō adiunxit manum, & fractis captiuantum
viribus captiuerum excusit ingum.

§. XVII.

*Grande ad euertendos demones subsidium
est pauper generose altus, & aeger
misericorditer fatus.*

Desideres (aiebat Seneca Epist. 100) con-
tra vitia aliquid aspèrè dici, contra pericu-
la animosè, contra fortunam superbè, contra am-
bitionem contumeliosè. Qui desiderat aliquid
edoceri, quo possit luxuriam cohibere, am-
bitionem deponere, demonum astutiam elude-
re, vires appetitus frangere, auditum non
occluda, sed patulas aures prebeat. Pro ar-
mis est eleemosyna in pauperem benè colloca-
ta, & misericordia ægrotantibus impensa. Ut
hostis copiosam, armatamque manum exti-
meficit, sic demon ad eleemosynæ, & miseri-
cordia conspectum pauerit. Cum David, eiul-
que socij. Amalecitas persequi Dei oraculo de-
stinallassent, felicissimum victoria reportandæ
ipso in itinere habuerunt auspicium, hominem
scilicet extremos ferè spiritus agentem, quem
misericorditer fouerunt, & recrearunt: *Cum
comedisset, reuersus est spiritus eius*, & refocil-
latus est, non enim comedebat panem, neque bibe-
rat aquam tribus diebus, & tribus noctibus. Hic
jam fatus, & recreatus Davidem ad inimico-
rum cuneum duxit, & quodammodo victoriam
tradidit: *Cum duxisset eum ecce illi discumbe-
bant super faciem vniuersa terra comedentes, &
libentes, & quasi festum celebrantes diem.* Fors-
ni pauperem illum altissem, campi deerra-
rent, & tardius, aut iniquam inimicos subi-
gerent: ut pauper altus, recta, breuiorique
via duxit, & quodammodo victoriam præstit. Est
enim misericordia ad inimicos enertendos
compendium, & reportandæ victoria felix aus-
picium. Expendit moralissime Gregorius apud
Glossam: *Dux David efficitur ... quo duce David
Amalechitem coniunquant inuenit, & extinguit.*
Clarè ostendit euentus, quam fuerit utilis pau-
peris alti duecatur, quandoquidem non solum mag-
no lucro, quod pauperi impensum, fuit com-
pensatum, sed etiam eo duce reportatum tro-
phæum. Exhibuerat David non magni preij
alimenta, & recepit opima, & ditissima spolia;
eleemosynam diligitus, amissa recuperavit, &
victis hostibus prædam copiofissimam tulit.
Expende quanta à misericordia commoda pro-
manarint: præda est excusa captiuitas abacta,
& reportata victoria. Christus Dominus dis-
cipulos delegat, ut vita expungant, & lan-
guores corporum pellant: *Misit illos predicare* Luct. 9. v. 2.
verbum Dei, & sanare infirmos, & jam dæmon

I i i contre

contremiscit: Dedit illis virtutem, & potestatem super omnia demonia, & ut languores curarent. Vtrumque coniuxit infirmis subuenire, & demonum vires atterere. Inuictis armis discipulos conera dæmonem communavit, misericordia selet; qua infirmos recreabant, & conmiseratione fovebant: Qualiter posset natura creata super spiritus dona possidere dominium? (Inquit Cyrilus in Catena D. Thomæ) At Dominus noster Iesus Christus tanquam naturaliter Deus existens imperitius huic gratiam. Dominij in demones imperitius gratiam, dum impendere ægis edocuit misericordiam, nam misericordia ægrotantibus imperita est contra dæmonem vis robusta.

TEXTVS.

VERS. XII. Dixit itaque ei Dauid: Cuius es tu? vel vnde? & quo pergis? Qui ait: Puer Ægyptius ego sum, seruus viri Amalecita: dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiustertius.

S. XVIII.

Quæ putabantur infans, inueniuntur non semel commoda.

Infirmitas.

Solici sunt, qui patiuntur aduersa, vixi plerumque sub diversa specie latente diversissima cauæ, & tegitur specie calamitatis prosperitas, vt etiam vestitur specie prosperitatis calamitas. Habet has vices conditio mortaliæ, vt tranquilla ex turbulentis oriantur, incommoda ex commodis generentur. Situs maris, cœlique temperiem (siebat Plinius in Panegyr.) turbines, tempestate que commendantur, ita ad angendam pacis tua gratiam illum tumultum præcessisse crediderim. Præcesserat tumultus, qui Reipublicæ tranquillitatem concuteret, sed occasio fuit, vt citius inangraretur Traianus, cuius ad imperium designatione tumultus transiit in tranquillitatem, & periculum desuit in tutamentum. Nec aliter Ægyptio accidisse videtur: quia ægrotus, ab Amalecita, cui infirmiebat, indecorè relinquitur, sed perierat, nisi infirmasset: Dereliquit me Dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiustertius. Sannus eamdem, ac reliqui Amalecita, fortunam subire, ægrotus non solum erat periculum, sed dux Davidis effectus ob ægritudinem ad honoris, & salutis peruenit commodum. Qui non ægrotarunt, perierunt: Percussit eos David à vespere usque ad vesperam alterius dies, & non evanescit ex eis quisquam, &c. En non evanescit, nisi ægrotasset: ergo infirmata, quæ videbatur infortunium, attulit vitæ subsidium, & honoris incrementum. Qui nuda tellure iacentem morbidum, & tabidum inspicerent, censerent miserum; qui ad futura prospicuum extenderent, fortunatum. Expendebat apud Glossam Gregorius Magnus. Quia Amalechitam sequi non valuit, dux David efficitur. Dux Davidis non efficeretur Amalechitam sequentem & factus est dux, quia ægrotus, & dereliquus. Prosperitas ab infortunio emanavit, & plus infirmitas, quam salus conduxit. Ambitione, cupiditateque alarum instar inuolabat Ba-

lam Dei populum maledicturus, & à Balaam mulatissimè munerandus: verum cum asina patiet, & graui dolore exulceratum tardavit: Att. Num. 21. pedemque attereret, Balaam iaceret occisus. Ecquis hoc ait? Ipse profecto Angelus: Nisi asina declinasset de via dans locum resistenter, te occidisset. Pedis dolore redempta est vita, & asina, dum deuiat, Propheta fuit: ira letabatur ille deuianti cœsus, vt eius felicitatis impedimento, & perueniendi cœlus obstat, sed ignorabat indignationem Angelii, ni asina deuinasset, subitum, & inopine morte multo capandum. Inuictus Gregorius apud Glossam: Balaam peruenire ad propositum tendit, sed eis votum animal, cui præstet, præpedit, quia Angelum asina videt, quem humana mens non videt. Historiam moribus adaptans adnecet: Plerumque caro per molestias taeta flagello suo menti indicat Deum, quem ipsa carni præsens non videbat; ita ut anxietate spiritus proficere in hoc mundo cœpientes velociter tendentes impedit, donec inuiscibilem, quæ sibi obuiat, innotescat. Sæpè infirmitas, & aduersitas mentis oculos reluminat, & hominem, ne, quam sequebatur, viam prosequatur, retardat, & retardatus evadit mortem, peruenit ad salutem.

S. XIX.

Mundus sibi infernientes aliqui mercenari munerat, sed si nequiuiri in seruire, deserat.

Ratione est consonum ad honorem perducere. Qui laborum molestias non exhortat, sed meritorum dignis actionibus expolitus præmio debet gaudere competentibus muneras. Opportunitas Cæsiodorus 6. variat. 13. Considerandum quali labore seruitum est, & sic de remuneratione cogitandum. Harum quippe rerum mensura de contrario venit, dum tale obediensibus datur donum, quale indeuotus potius effe prætitum. Aequitas præstata attendit officia, vt exhibeat rationabiliter præmia: verum cum apud facultatem non foreat aequitas, sed fallaciam, non attendit prætitum, sed solum attendit, quod præstat. Voluptas remunerat suo ardori parentem, ambitio gratificat auxiliari, faetus emenat humerum oneri subiectem. Quod si præfensus obsequium præstium non attendit officium. Ægyptius Amalecita seruus, dum validam cervicem oneri subiectebat, intra familiam erat admissus, & pastus; vt vero ægrando vices abstulit, & ferendis non potuit oneribus defuisse, derelictus abiecit, & obliniens, quod præliterat, traditur. Puer Ægyptius ergo sum, seruus viri Amalecita: dereliquit autem me Dominus meus, quia ægrotare cœpi infortunium. Non diuturna infirmata diuturne fœmitus obliniendum intulit, & Amalecita ad præterita non reflexit. Prodest Abolenus quæl. 10. quia eram languidus, putauit jam inutilem, & noluit me portare, ne essem sibi onerosus, sed reliquit me, ut morerem. O quam hac in historiæ scæculi exprimuntur mores! Quidquid nequit voluntati auxiliari, aut ambitioni prædeste, facile abieciunt, & præteriti memoria deletur. Malefici virgas in dracones vertent, & cum Aarons virga acerrime decerat. Vicit Aarons virga, & non sine Magom magis boreorum virgas tanquam pescicullos deploravit, abhorbit:

Exod. 7. v. 12. absorbit: *Desoravit virga Aaron virgas eorum.*
Iterum Magos aduocat, & iterum Magi incantationibus vndas in sanguinem commutantur: *Fecerunt similiter malefici.* Iterum adiur certamen; sed cum Aaron, percuillo pulnere, mordicantes salientesque sciniphes eduxisset, Magorum virgæ viribus destituta languerunt: *Fecerunt similiter malefici incantationibus suis, ut educerent sciniphes, & non potuerunt.* Non video Magos exinceps ascitos, nec a Pharaone honoribus munieratos. Si aescit, ut cum serpente inisent certamen, si vocavit, ut aquam in sanguinem verterent, si impulit, ut sciniphes educere laborarent, cur proflus Magorum oblitus, & praestitit tot officijs ingratus? Quia dum Pharao a Magis aliquod spernit subdium, sua praesentia dignabatur; ut vero expertus est jam languecere, nec eius posse votis deseruire, non attendit, quæ fecerant, ut munaret; sed jam nil ab eis sperandum, ut oblitus proflus despiceret. *Discamus* (aiebat Basilius Seleuciensis altiorum orat. 1.) *Scripturam, dum tacet, andire, & dum loquitur, erendi.* Et quid ab scripture silentio erga Magos andiendum? *Nostra profecto thesis perficiua veritas, scilicet seculi amatores solùm, dum aliqua spes effulget, adulari, obsequi, officia exhibere; si vero spes anolari, quidquid ante præstutum, non attenditur, sed ingratae obliuioni traditur.*

§. XX.

Apud Principes ingenua assimanda est veritatis confessio, ut abominanda astuta dissimulatio.

Veritas. Veritatem deorum coniunctu frui, cœlique esse cinem, aiebat Mænander in Nannis Olympiadis: *Veritas celi ciues est, & sola fruitor coniunctu deorum.* Cùmque boni Principes, & magnates Dei gerant umbram, & quodammodo eius representent personam, gratis oculis veritatem adipisciunt, & apud eos, qui aperte, ingenuèque confitentur veritatem, admisum allenant crimen. Ut contrà, qui astutis admittuntur inuolueris tegere, adaugent; iniuriam irrogat, qui fallit; qui humiliter, & ingenuè veritatem faciunt, de Princeps bene præsumit. Cùm Ægyptiū, qui prædam de Siceleg Davidis ciuitate tulerat, intentus a militibus, ante Davidis susteretur conspectum, varia interrogauit: *Cuius es tu? vel unde?* & quò pergis? Iterrogatus, ingenuè fons est Amalecitatē infernali: *Ego sum seruus viri Amaleciae.* Profecto ægritudine prudentia videtur de mentis arec precipitata. Si Amalecitatē Siceleg flammis succenderant, si prædam tulerant, cur non vereatur aperta ad eō confessio ne Davidis indignationem exuleret, iramque accendere? Immo ad eō prudens fuit (inquit Abulensis quæst. 10.) ut suaderet sibi, tecta veritas David irritandum, & aperta deliniendum: *Cum esset in potestate David, patuit, quod si falsum logneretur, & postea hoc reprehenderet David, occideret eum: si autem verum logneretur, querquam ipse fuisse de latusculis, qui dispergunt Siceleg, miseretur eius David.* Prudenter secum cogitauit Principem minus irritandum, quam culpa, fallacia, immo alleuandam culpam, si veritatem fassim. de Naxera in Reg. Tom. II.

Exod. 8. v. 18. tetur apertam. Nec eum sua fefellit opinio. Morati namque Principes aperta criminis confessione mitigantur, & tec̄is dissimulacionibus offenduntur. Cùm ad Gerasenos Dominus aduentasset, dæmon tormenta veritus, ad Domini vestigia prouoluit: *Objecro te, ne me torqueas.* Interrogatus de nomine: *Quod tibi nomen est?* aperitè aperuit veritatem: *At ille dixit: Legio.* Post veritatem incepit sperare, qui verebatur torqueū. In porcos ingredi roganit, & obtinuit: *Et permisit illis.* Si humana oculis rem dimetiaris, non debuit aperire numerum, cum numerus adangeret reatum. Quandoquidem grauior videbatur offensia plures consilio conuenisse, & ad resistendum Christo vires parasse. Quomodo ergo præsumit allequa vota, quando vereri debuit multiplicanda tormenta? Fortasse quia aperte confessus est veritatem: *Quia culpam* (inquit Chrysostomus in Catena D. Thomæ) *dixit non poterant, instant, ne citio sustineant pœnam.* Culpam fas non erat denegare: ergo aperte fatentur, ne citio sustineant pœnam, quasi ad leuandam, aut differendam pœnam prodebet aperta confessio, & noceret callida simulatio.

Luc. 5. v. 28.

TEXTVS.

VERS. XIV. Siquidem nos eruimus ad australē plagam Cerethi, & contra Iudam, & ad meridiem Caleb, & Siceleg succendimus igni.

§. XXI.

Diabolus, ut asequatur magna, potius tentat exigua.

PER minora peruenitur ad magna, & per gradus adiutitur proficere, qui ad fastigium opat ascendere. Quod naturæ solemne, etiam diabolice virtutis innenitur commune. *Pro temporis ratione* (aiebat Tertullianus de arbustis lib. de Anima cap. 19.) *remoratur coalescens, & coadolecens robori suo, donec atas adimplat habitum, quo natura fungatur, aut unde mox illis & fruticis inoculantr, & folia formantur. & germina inflantur, & flosculi inornantur, & succi conduntur: si non in ipsis omnis parvula generis quiescit, & partibus promota grandescit.* Partibus peruenitur ad totum, & sit arbor, quæ modò frutex: Amalecitatē, eti Siceleg ardentibus, anhelantibusque flammis nigros tedigere in cineres studuerint, ab exiguis incepunt: *Erupimus ad australē plagam Cerethi, & contra Iudam, & ad meridiem Caleb, & Siceleg succendimus igni.* Animus erat, Siceleg redactā, intumulū, quas à David accepserant, clades rependere, & vindicare: noluerunt tamen initio tanta aggredi, sed quodammodo in Cerethi parua virbe vires experiri, & minori triumpho ad maiorem protocari. Ita Abulensis quæst. 10. *Cerethi erat nomen alienum urbis, vel regionis parvae.* Parua virbe subiugata maiora tentarunt, & Siceleg exosserunt: *Qui viderit mulierem* *Matth. 5. (aiebat Christus Dominus) ad concupiscentum v. 28. eam, jam machatus est eam in corde suo.* Dicuit Christus desiderio machandi, eti in actum non prodeat, animam defadari, & pro machia criminis haberi: potest tamen

III 2 locus

locus sic explicari, scilicet demonem machiam perfici exoptantem prius oculos obiecta veritate incicere, jam insecatis insufflare affectionis flammarum, & adaucta flamma externam vrgere ad operam. Huc voco Tertullianum de Pænitentia cap. 7. *Observat, oppugnat, obfides;* si qua possit aut oculos concupiscentia carnali ferire, aut animum illecebris singularibus irretire, aut fidem terrera potestatis formidine euertire: aut à via recta peruersis traditionibus desorquere. Itaque non semper à recta via valido impulsu depellit, sed paulatim deuiare suadet, & jam à tramite, eti paulatim, longe abducet, & varijs erroribus implicatum faciliter dicit ad precipitum. Cines linoris flammis succensi, & non rudes diabolice prauitatis discipuli, ut Christum Dominum precipitarent, ad supercilium montis duxerunt, non celeri volatum, sed gressu: *Duxerunt illum usque ad supercilium montis, super quem cinctas illorum erat adficata, ut precipitarent eum.* Gradiente ducunt, sed precipitare exambiant. *Peiores sunt Iudei discipuli, diabolo magistri* (scribit Beda in Catena) ille ait: *Mitte te deorsum. Diabolus momento ad pinnaculum duxit, & precipitum suscit: iti idem tentarunt, sed lentiiori passu, duxerunt: immo lentiiori duxerunt passu, ne carerent effectu: nam eorum prava lagacitas suspicata est condicibilis sibi esse, ut assequeretur votum, non accelerare censum. Et quidem in templi pinnaculo verbis tentatorem conuicit, hic miraculose è manibus ducentium euasit. Ut nos edoceret suis factis difficultius eludi tentationem lentè à recto itinere abducentem, quam strepitu, & imperu militantem: Peiores sunt Iudei discipuli diabolo magistroi*

Luc. 4.
v. 29.

TEXTVS.

VERS. XV. *Dixitque ei David: Potes me ducere ad cunenum istum? Qui ait: Iura mihi per Deum, quod non occidas me. & non tradas me in manus domini mei, & ego ducam te ad cunenum istum. Et iuravit ei David.*

§. XXII.

Qui tempus trivit seculo addictus, re-collegat extimè virtutibus con-scratus.

Tempus.
Virtus.
Seculum.

Necessariam curam (aiebat Seneca Epist. 117.) maioribus, melioribusque debitam, in re, nescio an falsa, certè inuili terimus. Querebatur Stoicus in re inutili curam, & tempus impendi; potiori iure quereretur non jam inutilibus solum consumi, sed nocentissimis teri. Tempus non solum fructu elabatur, sed, quod deterius est, voluptatibus, ac libidinibus studiose impenditur: potest tamen prudentia vasa colligere, & spendere reparare. Qui prauis affectionibus vtrò se vendit, tempus redimmat, & respirare ad libertatem exambiat; sit eius vita improbitatis pernicies, schola mortum, magisterium virtutum; labore ad utilitatem cunctorum, ad honesta trapseat officia.

cia, si olim peruersa fonebat vota. *Ægyptis, quas à Davide cibo recreatus vires, & saltem acceperat, sic eius ducant obsequijs, ut contentus non fuerit inter sequentes numerari, sed ducatur praire: Ego ducam te ad cunenum istum.* Amalecitas olim servulus dux Davidis efficit, & quia detestabile exerceret servitum, honestum exambuit ducatum. *Ipsa, ut spolijs ciuitatis Israëlitæ ditecerent, efficeret; ipsa Amalecitas, quibus infernuerat, tradidit: quod amiserat vitijs inferniendo, tempus recollegit ductant. Adest Gregorius apud Glossam: Dux David efficit, quia quem mundus defecit, non solum conuersus in mente Deum recipit, sed predicando usque ad aliena corda perducit. Non solum Amalecitarum iugum excusit, sed Amalecitarum cernices iugum depræfuit: inanivit præstatum indignè obsequium, honestum officium, & tempus inferniendo Amalecitis male collocatum, Israëlitæ ducendo inadiliter est redemptum. Spongia Solis se ardoribus fuscum, & decolorata ingenuit. *No. Catt. 11. lute me considerare, quod fusa sum, quia decoloravit me Sol.* Deltrius in Tropologia vitijs fuscum, nigrumque testatur: *Fusa per vitium. Quid tunc? Sponsus moneret, ut si pulcherrima videri exambit, hædos in tabernacula pastorum alat, & studiosè regat: Pater hædos tuos in iuxta tabernacula pastorum. Hædos moneret pacere, ut cœlesti metamorphos in agnos transmutare, & vertat. Ita idem Deltrius in littera: Nunc hædi, post in agnos communitam. Ecce detergendi contraria à faculo pulvis attem, hædos in agnos vertere, & huius exemplis, ac ducatu pro perlantia infestare continentiam: pro celeri excusum ad factis voluntates, fragrantibus volatum edocere ad virtutes. Sic enim nigredo antiquo depellatur, & decolorata facies eximia venitudo ex-poluit.**

§. XXIII.

Auersari animitus ad peccati redire iugum, vere est penitutinis argumentum.

Verparidis viribus est intenta: sic punitio-
tia animorum ægrimonij propulsandis, & re-
dintegrandis virtutibus est diuinitus dilecta. *Quidquid error vetus inquinasset* (aiebat Ter-
tullianus de Pænitentia cap. 2.) *quidquid in corde hominis ignorancia contaminasset, id peni-
tencia verrens, & radens, & foras abigient. Pæni-
tentiæ titulus salus est homini, negotium
diuina misericordia curans, & integratam
salutis reparans. Vbi peccatoris genus au-
ditur, peccati tyrannis etiam extincta refutatur.
Israëlitæ ingemiscunt, & *Ægypti Rex mori-
tur: Mortuus est Rex Ægypti, & ingemiscunt* (Exod.
12. 12.) *tempore mortis filii Israël propter opera vici fratres suis.* Et quo Rex Ægypti morbo coreptus: qua
peste sublatus: Profecto oppreforum clamore. *Quid enim valentius iniqui superioris in-
fidia retinet salutem, quam amarus pauperis eiulus,
& copiosus violenter oppreforum genus?* Præcipibus potentiæ abutentibus nil adeo erat
extimelendum ac miserorum potentes lachry-
mae, & iniustè afflictorum continua angustia.
In tyranni vitam pro contortis jaculis, & vi-
bratis*

TEXTVS.

VERS. XVI. Qui cùm duxisset eum, ecce illi discumbebant super faciem vniuersæ terræ, comedentes, & bibentes, & quasi festum celebrantes diem pro cuncta præda, & spoliis, quæ cæperant de terra Philisthiim, & de terra Iuda.

XXIV.

Peccator tunc degit securior, & latior, cùm discrimini inuenitur proximus.

Peccator, Securitas.
HVMANA vita vapor est ad modicum patens; Extincta nostræ fragilitatis plurima, & repetita argumenta. [Non tantum manu facta (verba sunt Seneca epist. 91.) labuntur, non tantum humana arte, atque industria posita veritatis dies: juga montium diffundunt, totæ desiderare regiones, opera sunt fluctibus, que procul à conspectu maris stabant: vastauit ignis colles, per quos elucebat: erosit, & quodam altissimos vertices solatia natigantum, ac speculas ad humilem arenam deduxit.] Audis quanta sint fragilitatis testimonia, & indubitate argumenta; verum eam secum inlaniam sceleris afferunt, vt, qui pejor, sibi videatur securior, & festuum diem agat, cùm interitus proximior instat. Ecce Amalecitatæ acceptis prædis quasi festum agebant diem prosperitatis sua adulati, & sibi videbantur securi, cùm David jam inuolata dignam experitum yltionem, & miseram illaturus stragem: Discumbebant super faciem vniuersæ terra, comedentes, & bibentes, & quasi festum celebrantes diem. Non venit illis in mentem posse Davidem iniuria exulceratum se vlcisci, non cogitauerunt instare periculum, quia totos occipauerat spoliiorum ineptum gaudium; inopino tamen inimicorum aduentu splendidas mensas propriæ sordidauerat crux, & quam effet eorum securitas falsa, miseranda facilius ostenderunt strage. Notauit Iosephus apud Glossam: *Hunc David habens ducem super Amalechitas, apprehendit eos in terra incantes, & alios quidem præstantes, alios iam cibios, & vino solitos, quibus cum sevis irruens eos latè prostravit. Nihil huiusmodi suscipiati copiosis scyphis, & epulis indulgebant, sed vinum eorum cruce mixtum, & gaudium conuersum est in lamentum. Consonat Lira: A siceleg elongati credebant esse securi. Ebrietatis eos non sicut suspicari periculum, nec hostilem videre gladium. Est enim hoc culpis proprium, mentem scilicet hebetare, & securitatem promittere. Sanctus Job peccatoris insipientiam describens, sic aiebat: Propter Job. 10. superbiā quasi leanam capies me. Et cur, quasi v. 16. leanam? Quia hoc animal aded suis vitibus fudit, vt ad nullius pauent occulsum, immo sibi promittat semper trophæum. Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauent occulsum. Tunc 30. v. 30. peccator leoninos mores indiens nullo timore concutitur, cùm casui miserabili proximatur. Notauit Gregorius Magnus libro novo*

iii 3 Moralis

Moralium capite trigesimo quarto. [Qui longè nos conditor deserit, eo mens nostra insensibilius obdurescit, nulla, quæ Dei sunt, diligit, nequaquam superna concupiscit, & quia amoris intimi calorem non habet, frigida deorsum jacet, ac miserando modo fit quotidie tantò securior, quanto peior.] Mirabiliter conjunxit captionem, & securitatem, nam dum peccator leonis adinstar non timet securus, inuenitur periculo proximus. Amalecita, dum pranderet latum, inter epulas jacet occisus.

TEXTVS.

VERS. XVII. Et percussit eos David à vespere usque ad vesperam alterius diei, & non cuasit ex eis quisquam nisi quadringenti viri adolescentes, qui ascenderant Camelos, & fogerant.

§. XXV.

Diuitiae iniquis artibus adquisita & professori insidiantur, & miserastragam moluntur.

Proverb.
28. v. 8.

Diuitia.

Ecclesiast.
5. v. 12.

*Q*uod coacernat diuitias vñris, & fñnore, liberali in panperes congregat eas. Immodicum diuitias congregandi studium æquitatis inuenit aduersum, immò ipsi possidenti contrarium; nam auaritia caret aurii vñs, & inaniter lætatur solùm congetu: alteri auaritiam parat, quæ sibi denegat, tam ei deest, quod habet, quam quod non habet, nisi quod eam dure premit adquirendi labor, & amittendi timor. Non solùm anxiā afferunt auaro diuitiae sollicitudinem, sed aliorum proritant, & inflamant cupiditatem, siveque quæ vite, ac prosperitatis videbantur tutamina, calamitatis, & amara mortis probantur auxilia. *Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole* (aiebat Ecclesiastes) diuitiae consernata in malum Domini sui. *Pereunt enim in afflictione pessima.* Diuitiae iniquis artibus parate, aut furis exactum famem, aut dilpoliati possessori accidunt recuperandi cupidinem. Quam benè aiebat Seneca epist. 87. *In eadem urna & aurum est, & vñpera.* Non solùm tinea corredit aurum, sed ipium aurum producit vñperam, quæ possidenti insidietur, & periculum moluntur. [Non nascitur (adñeget Stoicus) ex malo bonum, non magis quam siccus ex olea, ad selenem nata respondent... Non tantum bonum diuitiae non sunt, sed malum sunt. Vos autem illas dicitis tantum bonum non esse. Præterea, inquit, conceditis diuitias habere aliquid vñs: inter commoda illas numeratis. Atqui eadem ratione, ne commodum quidem erunt: per illas enim multa nobis incommoda enenunt.] Arbitrabantur Amalecita magnum sibi esse commodum diuitias vñdique rapere, & fortunam suam adaugere; verum David vi sensu dispendium, armatus processit in campum, vt que à prædonibus eriperet raptas diuitias, artissimas inflixit plagas, quibus opulentia jacuerunt occisi, & nisi habuissent aurum,

mortis non experirentur supplicium: Quasi sum celebrantes diem pro curva præda, & spissis, qua cuperant de terra Philistina, & de terra Iuda, & percussit eos David. Sibi potuissent celebrare exequias, cum lacrima diem agerent ob congregatas diuitias. Autem fuit illis vñpera venenata, & inexcoquata ruina. Prodebat apud Glosiam Iosephus: *Aly quidem adhuc mensis appositis apprehensis super eam extinti sunt, & sanguis eorum cibo permixtus est.* Dum inique rapti aurum obleuantur splendore, denudant sanguine, & dan furantur, videlicant, ditecent, vt amarum mortem sucent. *Quasi leonam capies me*, aiebat Sancus lib. 10. Iob. Leona anhelat, cuius sanguine fumari, sed v. 16. constat saturatam disperire. Audi Gregorian. 9. Moral. 33. *Fit in eis itinere fœna, in quam pecus depositur, vt iluc se eis appetu præcere leana prouocetur: quæ angusta simus, & alata preparatur, vt in eam rueri ambiendo volat, sed banc saliendo nullo modo evadat. Innocentis sanguine saturatur, sed saturata jeculis venatoris occidit: diu vineret, si immode ad sanguinem inhiaret. Reges illi, qui Loth cum facultatibus capiuvium duxerant, capiuitatem sibi elaborarunt, & ex ipso auro catenas duressimas procederunt: *Percussit eos, & sequens est eos usque Hobæ.* Abrahami iusta indignatione commotus adornauit bellum, & diuissimum tulit spolium. Ita Philo lib. de Abrahamo: *Potitus occasione noctu supererunt hostibus iam sumptu cana ad somnum se componentibus, in quos irruens, alios trucidauit in cibibus, alios resistere conatos fudit, fugauitque. Sunt illis fusser carere breui illo gadio, quidam lugere luetu copioso. Ut videoas, quin sine sèpè possessoribus periculose diuitiae, præcipue si malis artibus comparatae.**

§. XXVI.

Si desit unio, hostis sine labore sa pugna opulenta potetur præda.

*V*no est salutis vena, diuitiam custodia, tranquillitatis tutela; quos vides vnitatis vinculo communitos, & concordi societate protectos, hostilis verentur andata, quia male sibi de vniione aspiciatur vel excolita fiducia. Grues viribus infirmæ, dum moralem quodammodo nouerunt exercere concordiam, securam sibi elaborare cautelam. Ile pulsus alterius est, viciuum agunt vigiliæ, & dum volatus prudentia disponunt, rapacias infidantium abigitur; ultima fit prima, & quæ primatum habebat, posterior esse non reculat. *Tempestiu: Cassiodorus 9. varior. 2. Quidam communione sociali sibi sine Regibus refrigerantur, sine dominauit parent, sine terrae famulari. Voluntariè seruiendo libera sunt, & iniucem sè diligendo communianunt.* Has si Republica voluerit imitari, contra hostiles adiutus prouidenter confat muniri, vt, quæ hanc politiam non nouit, probatur variis casibus subiacere. Non copioſa manu David in Amalecitarum irruit multitudinem, & inopinam infert stragam: *Percussit eos David à vespere usque ad vesperam alterius dici.* Non audies iniisse pugnam, & inuenies copiosam tubis prædam.

Dan. 2.
v. 34

prædam. Iam si inquiras, cui sine certamine accepta fuerit palma, cui sine præliandi labore reportata fuerit victoria? Respondebit Abulensis, ut vacarent coniuiis per viridantem camporum planiciem Amalecitas fuisse dispersos, & a se ipsis diuisos: ergo non facile fuit eis armis prentare, & coniuncto agmine aduersari occurrere; quia dispersi sine pugna jacuerunt occisi, & Davidis loci, quia concordia vniuersi, spoliis sunt ingentibus diuinitati. Abulensem audi *questione decima quarta*. Non dicitur hic, pugnauit contra illos, sed percutiit, quia ista magis erat occisio, quam pugna. Rationem reddit: *Hoc autem, quia larmculi illi erant diffusi per diuersas partes agri*. Si fuissent concordi societate adunati, intinet pugnam, & forsitan non amississent victorianam; aut, dum per campos jacenti diffusi, &c, ut coniuentur, a se ipsis separati, cadunt sine pugna, & hostes sine certaminis labore potiuntur præda. Statua illa Nabuchodonosor aduersus temporum duravit adfultus, dum omnia membra ligata, & sibi ipsis concorditer contentientia; verum vbi a se lejuncta, satis fuit lapis sine jactu, ut ferrum vinceret, & domaret: *Abiçus est lapis de monte sine manibus, & percutiit statuam in pedibus eius ferreis, & ficitur*. Et cur sine grande impetu percutiit statua citè adè corruat, & quia fortitudinem ostentabat, amitterat? Iam Textus retulit. Pedum partes vniuersis vincendo non illigabantur, solum erant loco conjunctæ: ergo vbi deficit concordia, corrunt, quæ invincibilis videbatur, statua: *Quia vidisti pedum, & digitorum partem testè signi, & partem ferream, regnum diuissum erit*. Que immota constiterat, leui iactu prostrata est, vbi deficit concordia, & fortissima vniuersis tuncela. *Non adhærebant sibi* (inquit Interlinearis) quia discordes. Constat Lira: *Per hoc signatur fortitudo illius regni in principio, & postea debilitas ipsius per diuisiones intraneas: propter ambitiones, ex quibus regnum Romanorum quasi ad nihilum deductum est*. Ambitus peritens concordie tinea tranquillitatem turbavit, & hostibus opportunitatem exhibuit: testa, & ferrum loco erant conjunctæ, sed ingenio separata: ergo leuis iactu deject, & in puluerem splendorem reduxit: *Non adhærebant sibi, quia discordes*.

§. XXVII.

*Sibi consuluit, qui salubri pani-
tentia imminentia elusit
pericula.*

Penitentia. **S**atisatio (aiebat Tertullianus de Pœnitentia cap. 9.) confessione disponitur, confessione pœnitentia nascitur, pœnitentia Deus mitigatur. Pœnitentia, quæ est misericordie ideo, dum ardenter mitigat iram, imminenter auertit pœnam. Plerique pœnitentiam ut publicationem sui conantur suffugere, & de die in diem admittuntur differre; verum dum stulti pudoris agunt easam, salutis maturare jacturam. Sibi consulunt, qui opportunam pœnitentiam arripunt. Amalecita David ciuitatem succenderant, prædas egerant, quibusque indignationem sceleribus sufflammabant; verum non impunè tolerant, quia ea-

pite emerunt coronam, quam capiti suspirant: *Non euasit ex eis quisquam nisi quadrin-
genti viri adolescentes, qui ascenderant camelos,
& fugerant*. Si literam solum attendas, camelus tardigradus celeri fuga non videbatur opportunus; si cortice contentam attendas moralitatem, innenit apertissimus; nam Camelus, ut ex Hieronymo citat Laurentius Ceruariensis, pœnitentiam designat. Eius verba sunt: *Camelus ferens omnis designare potest pœnitentiam,
& ipsos penitentes: horum pilis vestiebatur
Iohannes Baptista*. Matth. 3. Itaque camelis vbi euaserunt Davidis gladium, & opportunum vitæ innenerunt subSIDIUM. *Ipsi quadrin-
genti adolescentes* (inquit Abulensis *questione decima quarta*,) à principio belli fugerunt, ascendi-
do super camelos. Qui camelis, id est, pœnitentia vbi non sunt, miserè jacuerunt prostrati; qui confugient ad pœnitentiam, euaserunt iram pronidi. Et nota non tardasse, sed à principio camelos celeriter ascendisse, quia forte, si tantisper different, ut reliqui disperirent: *A principio belli fugerunt, ascendi-
do super camelos*. Ruina aliorum inopinata pro calcarib[us] fuit, ut adolescentes arriperent pœnitentiam, qua euaserunt Davidis iram. Intelleximus irrogassemus injuriam, si aliorum strage non saperent, nec saluti consulerent. Sanctus Iob de Behemoth loquens, sic ait: *Cum sublatu[us] fuerit, irneb[us] Angelis, & territi pur-
gabuntur*. Behemoth ruina justos prouidam edocuit cautelam. Ad quæ Gregorius 34. Moral. cap. 7. sic ait: [*Spes de regni propinquitate latificat, & carnis infirmitas de ira ostensione perturbat. Erit ergo in eis aliquomodo tremor letus, & timor securus: quia & cœlesti regno se remineri certi sunt, & per tanti turbinis metum pro carnis infirmitate contremiscunt.*] Adhuc timent iusti pro carnis infirmitate, quamvis non dubia argumenta sint pro salute, & quia Behemoth miserandus causus conspicitur, ipsa securitas prouida formidine armatur. Quod si de ipsis Angelis locura accipias, ait Gregorius de sua stabilitate non dubitasse, & nihilominus, si fas est dicere, in ea tanta securitate cautius se gefisse. Verba Gregorij sunt. *Ipsi cadentibus illis in muere-
darum est, ut cadere omnino non possent. Sancti
Angeli, dum in ipsis natura sua damnatae consisterent,
in se ipsis iam cauti, robustiusque consistunt.
Dum sancti Angeli videntur Luciferum deje-
ctum, & in colubrum degenerasse mutatum,
quodam terrore, si dicere liceat, quatintur,
& licet nunquam labenda securitate novent
se munitos, cauti, robustiusque consistunt,
ut periculis instruant obnoxios. Ut hinc no-
uerint, quid facere debeant, non solum qui exulcerata conscientia virgentur, sed etiam qui virtutibus exornantur, quando Angeli quo-
dammodo territi pergentur autem, cum sine de-
posse felicitate securi*.

TEXTVS

T E X T V S.

VER. XVIII. Eruit ergo David omnia, quæ tulerant Amalecitat, & duas vxores suas eruit.

S. XXVIII.

Non est tardandum recuperari, quod male agnoscebatur amitti.

Poenitentia. **P**ernigil nos debet cura solicitare, ne quid valeat inimicus diripere. Miserum est sub hostis potestate videre, quod possedium constabat nobilitate: verum si casus asper contingat, non est recuperatio tardanda, sed omni solicitudine disponenda. *Erigite colla depresso*, (aiebat Cassiodorus 9. variar. 2.) subleuante animos malorum sarcinis ingranati: date studium recuperare, quia vos male cognoscitis amississe. Pars remedij est, si morbus non finatur indurari, & ipsa dilatatione vires acquirere. Diurna infirmitas medico negotium facit, facilius curatur, si medela ipso in exordio adhibetur. Hinc est, quod David, ut omnem prædam abigeret sine villa mortis hostes est aggressus, nec diu rapta retinere possum. Et quidem consilium eventus comprobauit, nam prædam omnem recepit: *Eruit ergo David omnia, quæ tulerant Amalecitat, & duas vxores suas eruit.* Forte si non bona patientia prædam recuperare differret, consumptam profus, aut decupratam inueniret; ait, dum accelerauit remedium, accepit triumphum. Et expende è castris Achis aduentasse, cum ab inimico captam prædam cognovit, & tamen, quamvis itinere defatigatus, & fessus, nec ad horam distulit recuperare, quæ hostem agnouerat possidere: ergo ipsa celeritas acceptam injuriam inaurauit, & quæ inimici tulerat, eruit. Innuit noster Sanctius: *Quia hostis urgebat, quacumque abstulerant Amalecitat, integra Davidi, & salua reliquerunt.* Ni David ea celeritate aduergeret, laboriosum esset vxores longius abductas, & forte jam diuidentias iterum recipere, & prædam integrum instaurare; verum hostem delevit, quia adoriri non distulit. Innocentia assimilatur festinata correlio, nec videtur quid amisisse, qui breuissimis internalis probatur recuperasse. Qui penitente distulit, hostis causam egit, & si magnis difficultatibus implicatur. Ipsi met David referat huius celeritatis in irre recuperandis amissis commoda. *Pascebat* (inquit) *seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel ursus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebatur eos, & percutiebat, erubetque de ore eorum.* Non ait eripuisse orem moribus laceratam, cum apud Amos alii pastores exiguum partem redemerint: *Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extrellum auricula.* Lacerata, devorataque onus eruta auricula, pastoris ad speciem fugillabatur ignania. Non haberet leo tempus, ut devoraret, si statim pastor Davidis instar accurreret. David leonem quis sanguine delectari non permittebat, quia, statim ac sentiebat raptam, involabat, & ab ipsis dentibus eripiebat. Huc voco, quod aiebat Abu-

Sup. c. 17.
v. 34.

Amos 3.
v. 12.

lensis quest. 21. Erubetque de ore eorum, id est, accipiebat adhuc animal vinens de ore leonis, vel ursi, & reducetque ad gregem. Celeris amissio ouiculae instauratio erat pastoris elegium, leonis excidium: non sinebatur leo dentibus lacrare, quia pastor festinabat cito illam subvenire.

T E X T V S.

VER. XIX. & XX. Nec defuit quidquam à paruo usque ad magnum, tam de filiis, quam de filiabus, & de spoliis, & quæcumque rapuerant, omnia reduxit David, & tulit vniuersos greges, & armata, & minauit ante faciem suam: dixeruntque: *Hæc est præda David.*

S. XXIX.

Gloriosior Principis planus est suus à miseriis reuare, & diuitiis adaugere.

Princeps honorabilis fructus plausi, domus Principis publica felicem statum felicitatis, & generale excludere lamentum procurat. *Non est falso in corpore* (aiebat Cassiodorus 9. variar. 1.) nisi quam & membra poterint obire. Inuria unius loci compago tota concutitur, & tanta conuentientia vis est, ut unum valens oblique credi accipi, quando illa cooperari condolere. Satis non est Principis vnius, aut alterius cura, sed opus prouida, & generali custodia. Quidquid ex Republica minuitur, dispendio Principis applicatur: minus enim habere necesse est, cu di quid perire. Utique arbor florida, quam summa vides viriditate nitore, cultoris est gloria, quia eius labori, & solicitudini adscrribitur, quidquid in germine relucere videtur; sic foliis denudata, & exuta arguit ignamam, aut imperitiam, nec semel quod adscrribit radici, solet applicari cultori. David ab Amalecitat eripuit, quos adduxerant capinos, que dignis vietiorum plausibus celebrantur, iterato repetebant: *Hæc est præda David.* Et cur non repeatant: *Hæc est vietoria David.* Cur, ut olim, non resonet: *David vicit Amalecitarum decem millia.* Quia augustinus Principis elegium, inquit noster Sanctius, suorum spoliis, & libertatis: *Victor ille Hebreorum curvus, David duci suo, & tanta vietoria antori, aripius infici festinum cecinit epinicum, dixique lapis iteratio cantico, & triumphalis planus.* *Hæc est præda David.* Nil refonare potuerunt Davidi gloriosus, quam suos in libertatem afferuisse, & spoliis ditasse. Hæc erat Davidi prædicta operabilis, & sumptuosis. Injuncta fuerat Adamo paradisi cultura; ille, dum mulieris annes perfusibus præstat, textili floriditate sicum demundat: *Confidunt folia fici, & fecerunt sibi perizoma.* Bellus Selencensis orat. 3. ait, *demoneum ignominiosis notis Adamum, Euamque confignisse, & honori, ac muneris insidias obtendisse.* Publica ignominia notis confignat. Et quies ignominiosis notis serpens Adamum, Euamque confignat: *Ipsis profecto sicut frondibus, inquit; nam plantam denudari ab ipso, cui eius injuncta fuerat cultura, erat indecora nota,*

nota, quia manifesta rapina. Vxoris ornatus ad publicandum scelus erat pro lingua: *Ipsi nudati nudant arborē, circa arborē prauricai, ab arbo- re tegumentum mutuantur*: Arbor mōreens, nudataque erat Adami ignominia, & effēr frondēcens fama. *O nesciū scelus* (aiebat datus Cal- siodorus) importabile malum, quando debuit *Reipu- blice sermōne proficere, tunc libertatem suam cum fortūs videatur perdere*. Audiant hoc gubernatores, & Principes.

§. XXX.

Vt integrā potiārī vīctoriā, appetitus non est sequendus, sed, quō ratiō vocat, duclāndus.

Appetitus.
sensus.

Gen. 37.
v. 14.

Sensus brutalitati inuenit affinis, mens, animusque est rationis progenies. Quisquis liberiori aura fruatur, corpori, & sensibus dominatur: qui sensibus dominari permisit; verum, & solidum dominium perdidit, & aequitatis leges confudit; quando fas est cœcum ab inoculato regi, non oculis ventrem à coco duci. Hinc est, quod Iacob, ut tenerum in Iosephum exhiberet affectionem, le valle Hebron ad superiora mittere studuit, id est, sensibus remunire suavit: *Missus deinceps Hebron venit in Sichen. Philo, ut assollet, historian allegorizans, sic scribit lib. Quod dederius. E valle Chebron, inquit, quae figurat corpus nostrum significat, quia comparatum, & quasi amicitia, societateque coniunctum est cum anima. Hoc cauas valles habet sensum, magnas lacunas capere omnium, quae sunt extra nos sensibilium. Hac certe qualitates affatim ingerunt, & per istas lacunas infundendo in mentem inundam eam, atque demergunt. Nouerat pater illigatis somno sensibus Iosephum fratribus ceteris anteponi, & à sideribus adorari, utque feliciter adimplerent præfigum, è valle, hoc est, è sensum obscuritatibus, ac fallaciis eduxit, & ad rationis altiora transtulit. Si mens rector, aurigaque sensum eis prout oportet, vtnat, ipsi sensibus impertitur honorem, & sibi elucrat vtilitatem. *Sensus honorem habemus* (prosequitur Philo) quando cohibemus eius impēsum ad res sensibiles, & refranamus per intellectum gubernatorem, aurigamque praesertim, quae nobis insunt, irrationalium. Sensus perito auriga, intellectu scilicet gubernati deserviunt plauſi, estrenas ver, & precipites habent contemptū. Ioseph sensibus deerrando veste exiuit, dum sensu non vtitur, anteferatur. David greges, armentaque ante faciem suam minuit, ut triumphum perficeret: *Tulit uniuersos greges, & armenta, & minuit ante faciem suam: dixerintque: Hoc est præda David.* Grex minutus fuit triumphi testimoniū; si sequeretur, non esset vīctoria argumentum, immo prudentia, & rationis probum. Aliud est sequi, minare aliud: qui minat, gregem dirigit, & ne à recte itinere exorbitari, vtiliter cogit: qui sequitur, aliquando in partem deerrationis venit: ergo, ut David illustris conclametur triumphator, non dicitur armenta sequi, sed dñcere, sed minare: insipientis gregis non erant vestigia sectanda, sed dirigenda: Prodest noster Sanctius: *Redit itaque vīctor David cum pēcudum, atque armentorum gregib; quos ipse pa- florita artis non imperius precedentes cogebat.* Adneceat: *Sicut Israēlitides virgines cum sublato Philistis vīctor ex aie reuerterebatur, triumpha-**

Eman. de Naxera in Reg. Tom. I I.

*le cecinere carmen. Ut fuit triumphali carmine dignus cum immanem gigantem deiecit; sic, cum quidquid ad brutalitatem pertinebat, minauit. Quisquis ad brutalitatem vergentes non frenat, le boni gubernatoris elogio priuat, & munus invertit, factis demonstrat. Nabuchodonosor, dum sceno palcit, à seipso recessit, & ab homine in bestiam transtulit: *Fenim ut Dan. 4. bos comedit: Totus sensibus dicabatur, & à ratione alienabatur; verum cum iam ad prudētiā matuisset, sensus sibi testatur redditos: Oculos meos ad cœlum leuani, & sensus meus redditus est mihi.**

Mira res! Si totus ipse Nabuchodonosor erat sensus, quomodo sensus redditus, & restitutus? Ob idipsum (inquit Interlinearis) nam sensus effrenis non tam erat Nabuchodonosoris, quām ipse Nabuchodonosor sensus: ergo cum ad cœlos oculos dirigit, sensum habet: In ipso tempore, quo cognovit eum, sensus meus reuersus est ad me. Ipse sensus videbatur amissus, quia indignis actionibus deturpatus. Vbi oculus cœlesti luce illustravit, vbi fœnum exhorruit, iam Nabuchodonosor sensibus ornabatur; nam, dum abusus, male impensis denudabatur: ergo non potuit ad antiquum splendorem denicare, nec se sensus habere, ostentare, quonque bene eis est vñs, & celestibus meditandis dicatus. Oportet singulis istis vii (aiebat datus iam Philo) non quoniam docum- que, sed ad optimam queaque. Potest vñs omnes colores, formaliterque videre, sed videat, quae luce, non tenebris digna sunt. Potest & auris omnes voces recipere, sed nonnullas finit præteruebi. Legitimus sensum vñs est rationis ornamentum; non legitimus, hominibus est indignus.

T E X T V S.

VERS. XXI. Venit autem David ad ducentos viros, qui lassī substituerant, nec sequi potuerant. David, & residere eos iusserat in torrente Besor: qui egressi sunt obuiam David, & populo, qui erat cum eo. Accedens autem David ad populum, salutauit eos pacificè.

§. XXXI.

In Republica benè constituta nullus otiosus permittitur, sed cuiusque viribus labor attemperatus imponitur.

Diligenda sunt ista (aiebat Cæsiodorus 12. Respubl. variar. 16.) unde *Respubl. videtur esse otium firmissima*. E contraria, omni debet sollicitudine vñtari, per quæ constat mores corrupti, & pericula frequentissimè emergere: Cūunque inter alias peccata otium sit virtutis naufragium, à benè constituta Republica penitus expungere debet prouidum regens studium. Vnde Menand. apud Stobæum c. 30. aiebat: *Circuite in orio ferians infensissimum est vita malum.* Recte dixit, nam otiosus peruerla agitat consilia, quæ ipsi, & aliis peperere frequentissimè detrimenta. Prodest Eurypides vbi supra, apud datum Stobæum: *Otiosus vana spe ductus, dum egit vñtu, mala secum ipse meditatur.* Hinc est, quod David lassis, nec bellum contra Amalecitas adornare valentibus, sarcinas iussit

K k excubis

excubis sollicitis affernare, ne à proflus otiosis, vti ab aduersario, commilitonibus posset detrimen-
tum emergere: *Venit David ad ducentos
viro, qui lassi substiterant, nec sequi potuerant.*
David, & residere eos iussit in torrente Besor.
Residere iussit, non vt inerti indulgerent otio, sed vt sarcinas sollicitè custodientes, militantibus essent auxilio. Miles in hostes auctor, si expeditio-
nem: ergo, dum depositis sarcinis arma prefrabant expeditiores, sarcinas affernantes inuenie-
bantur ceteris utiles: ergo David, quos vidit ob lassitudinem tractandis armis desigatos, sarcinarum voluit esse sollicitos. Non poterant viam prosequi, sed poterant sarcinas custodire: igitur prouidentissimus gubernator otium ex-
clusit, & viribus labore attemperauit. Tem-
pestiu[m] Lira: *Licet propter fatigationem non pos-
sent competenter aduersarios persequi; tamen pote-
rant competenter custodiare sarcinas: propter quod
David, & viri eius reliqui dimisierunt sub custodia
eorum illa, que poterant eis esse oneri, ut posse-
nt hostes expeditius persequi. Lassi etiam, & viri-
bus defitu[ti] reportandis triumphis deservie-
runt, dum ob eorum sollicitudinem reliqui ex-
peditionis arma tractarunt. Audit[us] apud aliquam
Remp[ublic]am claudis ea opera iniungi, quae manus exigunt, manus, quae pedibus perfici posseunt, & quidem industria laudo: sic namque Reip[ublic]e non sunt oneri, immo inueniuntur esse inuamini. Huc voco, quod aiebat
Oseas: *Ephraim vitula docta diligere tritum...*
Arabit Iudas, confringet fibi fulcos Iacob. Vitula, eti[us] bobus tenuior, ac delicior, excut gran-
na, tritura addita, quia aperiendis profundis fulcis non apta. Iudas, quia fortis, orationi de-
seruit sollicitus, vt Iacob confringendis glebis intentus. Quid tunc? Iam Propheta refert: *Vi-
tis frondosa Israe[li].* Non me latet litera: sed, dum honeste quolibet occupato vitis frondescit, vi-
ridi pompa, & fructuum emicat abundantia. Ad instruendam politiam virilis eti[us] potest do-
ctrina. Huc voco Hugonem Cardinalem: *Fru-
ctus adequare est ei, quia in ipsis non fuit, qui
fructus honorum operum non producet.* Israe[li] vi-
tis frondosa adiutor & floruit, & viguit, dum cuique pro viribus labor inueniebat, & omnis otiosus torpor abactus.*

§. XXXII.

*Sine rubore Domino possunt occurrere, qui
studuerunt sibi commissa fideliter
affluare.*

Manus.

Quisquis sibi commissa nulla fraude immi-
nit, sed fideliter afferuauit, ruboris detri-
menta non sensit; libera facie que coram omnibus apparere; qui conscientia semper re-
cusauit integratem minuere. *Quod agnoscis infi-
sum* (iaebar Cassiodorus 12. variar. 16.) *incul-
pabiliter sortiatur effectum.* Causa ergo, ne te aut
improbare redemtionis, aut torpens desidia cul-
pa reficiat, & quod expedire neglexeris, tuis in-
feras damna fortunis. Monetab[us] disertus Princeps
Canonicarium, quam Principi accipiebat anno-
nam, illasam fideliter afferuare, vt Principis erga te gratiam valeret augere; quandoquidem depositum fideliter custoditum custodientis est
meritum, vt culpæ verteatur violatum. Hinc est, quod milites, apud quos remanserant sarcinae custodiæ, detriumphanti sine rubore po-

tuerunt occurrere, & gratum affatum eius pra-
mererit: *Salutant eos pacificè.* Deuota mente of-
fertebant apud eos deposita, & era eorum me-
ritum, quod integratè affernatum. Eos Prin-
tantibus, statuit primum: *Salutant eos pacifi-
cè* (inquit Abulensi, quæst. 16.) *id est, prouidit
eis verba salutis, & pacis, sicut solent homines pra-
ferre ad eos, quos diligunt.* Inuolatam integrati-
tem illaudauit, & fidem Iacob, vt irascens La-
curas testatus est: *Virginis annis fin tecum, que Cœ. 11.
tui non comedis, nec captum à bestia ostendis ibi.* Id est, non infamabam oves, capræ steriles, vt feci subriperem, nec beſtarum grec pate-
bat incursibus, quia temper attendebam oculis vigilantibus. O si possem omnes Episcopi, pa-
storēsque similia audacter verba proferte, nec
conscientia villa redargui. Iacob vigilans cura
integra fidelitate exornatus Episcopis praescrip-
si formam, & Regibus politiam. Hic voco
Hugonem: *Quod in eo reprehendet, non inueni-
nit.* Immò inueni fidelitatem erga greges ex-
iam, & sollicitudinem, quan laudet. Christus Dominus pastorum forma, Princeps id. a
gratias Patri agit, quia ex sibi traditis nihil per-
diderit, sed studiis sedulitate affernauit: *Quos Ioan. 13
dedisti mibi, custodini, & nemo ex eis perire nisi v. 12
filius perditionis.* Perit Iudas, sed contumax, &
perniciax, & audax. Christus vero sua libi pa-
tientia quodammodo detrahit, quando ad eius
gena pronoluta externis pedes lauit, & inter-
nas maculas abradere exsanguis amoris fiammis
contendit. Adebat Chrysostomus in Cœnos: *Ne-
mo ex eis perit, id est, quantum ex tua parte un-
perdam.* Felix Princeps, superiorque si quan-
tum ad eum atinet, & prouidenter ualuit,
& sollicitè custodiuit.

TEXTVS.

VERS. XXII. Respondensque om-
nis vir pessimus, & iniquus de viris,
qui ierant cum David, dixit: *Quia
non venerunt nobiscum, nondabi-
mus eis quidquam de præda, quam
eruimus; sed sufficiat vniuersitate
vxor sua, & filii, quos cum accep-
rint, recedant.*

§. XXXIII.

*Cupiditas peruersa est prouida, & pre-
denter auara.*

Maius commodum quærendum non est, *Cupi-
dini.* quām egentibus subuenire, & pauperem
anxiatem depellere: verū tanta homines
auaritia frequenter sordeſcant, vt cognationis
vincula rumpant, & aequitatem nefiant, & con-
farcinam diutius semper studeant: maligna
prouidentia quodvis subodorantur dispendium,
& studiosa calliditate anteuertere admittunt pe-
riculum. Cupiditati egregie adaptatur, quod aie-
bat Cassiodor. 11. variar. 7. *Semper metuit in-
fusca præsumptio.* Nonnulli ex David militibus,
cum vitam exposuissent honesto discrimini, cel-
lerunt iniquæ cupiditati; nam cum humanum
erga sarcinarum custodes Principem spectarent,

quid illis de præda obueniendum præsumentes exercitis clamoribus eis ignitiam oppulerunt, & supra meritum, vxoribus, & filiis receptis remuneratos afferuerunt: *Quia non venerunt nobiscum, non dabitus eis quidquam de præda.* Inquires, cùm modò de præda dividenda non ageatur, cùm ignitiam obiecerint, & lassos prorsus excluderint: Si David ad torrentem subfistentibus quid tunc vellet dividere, nihil mirum conarentur liberali Principi refragari, ac cùm modò de celebrandâ solùm victoria ageretur, intempestiu videbatur querela, nimis prouida andacia. Ita est sanè, inquit noster Sæcilius, sed ea perspicacia pollet cupiditas, adeoque avaritia peruersè est prouida, vt ex humanis David verbis coniecerint animum, & oppnere adlaborant impedimentum: *Cum aly, qui iniquo erant, & illiberali animo, quid illa salutazione sibi vellet, non dubius signis esse odorati, dixerat sub amaro murmure nihil illis deberi de præda, in qua erienda de latronum manu nibil laborarent.* Expende illud, *odorati*, Perspiccas avaritia, & cupiditas inoculata ex Davidis verbis coniecit, quid ex accepta præda sarcinas afferuantibus diligendium, & amaro murmure, vt à communicanda præda ducem auerant, lociorum inertiam publicè infamant. Pientissimus ille pater vt receptum filium gaudium proderet, oiparum instruxit conniunium; filius senior agè tulit, & querelas dedit: sed pater, vt cum fratre in gratiam reduceret, sic respondit: *Omnia mea tua sunt. Quid ait, prudenterissime senex? Si omnia tua filii senioris sunt, maiori iure exaggerabit, quod eius vitulus fuerit occisus, & iunior post tot piacula delicatis epulis pastus. O patris prudenter! Videlicet (inquit Chrysologus) queruli animum; vidit seniorem ex patris humanitate conieciisse dividendam substantiam, & ob id factiosis querelis liberalitatem patris arrofisse, vt, quod suplicabatur diffidendum, prouidenti liuore auerteret: ergo pater respondit ad animo concepta, non ad ore prolatam, *Frater creditis damnum* (inquit serm. 4.) *qui redisse conspicis coheredem. Et quando inuidus non avarus, & quando quidquid habet alter, se computat perdidisse.* Ex instruendo coniunio coniecit senior animum patris, & querelis largitati opponere studuit impedimentum. Non quicul us est tenebris amoris osculo, amplexuque signa proferre, quia non curabat plus diligi, sed ditari: ergo pater inique prouidenti carcerem respondit, & responso, quam sit avaritia perspicax, declarauit.*

§. XXXIV.

Semper inuenit, quo de honestet competitorum avarus, & ambitiosus, semper, quo nobilitet, ingenuus, & largus.

Competitor.

SIPULARES in honoribus ambiendis, aut diuitiis acquirendis concurrent, primum esse solet studium alium de honestando excludere, & vt excluderint, liuido dente mordere. *Quid acquiri putatur* (aiebat Cassiodorus 11. variar. 7.) *vbi bona conscientia perditur, aut in qua parte possit homo proficere, si innocentiam probatus fuerit amissus?* Plus ambitiosus solet perdere, quām acquirere; nam alios de honestando ludit conscientiam, sed parupendit, vt adierit subficiant, aut volatam adquisuerit gloriam. Prodigii frater exacuit linguam, vbi timuit minnendam sibi

Emar. de Naxera in Reg. Tom. II.

substantiam. *Denorauit substantiam suam cum Luc. 15. meretricibus.* Cùm suplicatus est coheredem, de honestate studuit, & excludere ab hereditate curauit. *Quid fratrem redemitem* (inquit Chrysologus serm. 4.) *de suo decorare debuit, non debuit desperito sic fædere.* Non vidit antea tam vitam dignis gemitibus deplorasse, non vidit usque ad seruorum conditionem se humiliiter deieciisse, solum vidit, que poterant denigrare, & generositatem patris auertere. E contrâ patrem, vt qui ambitione nulla teneretur, vidit mortem depulisse, & ad pœnitentiam saluberrimam innolasse. *Reuixit* (notauit Chrysologus sermone dato) *Nec ille alind, quām patrem quasinit, quām veniens, non sly, sed loco mercenari voluit collocari.* Vides patrem nulla indigna affectione obscuratum imminisse, quod dilaudaret, & competitorem inuidentia, ambitioneque degenerem quæsiuissimæ, quod morderet. O quām à patria nobilitate degenerarat, qui meritum suum de aliena fœditate procedit, & alienam infamiam ad propriam gloriam detorsit. Iniqui, avarique audiunt Davidis milites, qui prædarum auditate ad torrentem subsistentes de honestarunt, nec sarcinas custodisse attenderunt: *Respondens vir pessimus, & iniquus de viris, qui erant cum David, dixit: Quia non venerunt nobiscum, non dabitus eis quidquam de præda.* Non attenderunt vires fatigatione defecisse, non animum; non attenderunt solito studio sarcinas afferuasse, cùsque afferuando expeditiores reddidisse. David è contrâ dilaudauit depralandi animam, & sollicitum erga sarcinas studium: *Æqua pars erit descendenti ad prælium, & remanentis ad sarcinas.* David inuenit, quod præmiaret, & iniunquas, quod abroderet. Ut repetat iam datus Cassiodorus: *Remuneratorem illi esse promiso, quem se aliquia honestate tractasse cognouero.* Honestam supellecilium curam remunerant; ignitiam competitor arrofis. Semper enim liberalis, & ingenuus inuenit ad diligendum motuum, semper æmulus, & atarit excoigitavit impedimentum. *Pessimus, & iniquus* (inquit Abulensis quæst. 16.) *id est, valde malus, quia ille magis inuidus erat.* Inuidus euomnit, quam pectora gerebat, amarulentiam, vtque adularet ambitioni, avaritiaeque, æmularum adulat famam.

§. XXXV.

Durum tormentum est alendi uxorem, si quoque obligatione adurgeri, & facultatibus denudari.

SATIS magnum regnum est marito (aiebat Eury- Maritus, Spides in Oedip.) liberi, & uxori. Qui ex dilecta vxore chara suscepit pignora, magnam est affectus felicitatem; hæc autem ipsa felicitas anxiæ non semel ingeffit felicitudinem; nam si facultas desit, ipse auctor carnicis gerit officium, & grauissimum afferit tormentum. Qui amantissimos sibi filios videt famelcere, non poterit non cruciari: Ipsa viri amoris teneritudo, & viscera depalcit compassio. Durius nullum tormentum excoigitare tyranni, quām vxoris, filiorumque amantem facultatibus denudare, & aiori discrucianum conuittare. Hinc est, quod nonnulli ex Davidis militibus inuidentia adulati, & malevolentia inflammati decreuerunt commilitonibus ab Amalecitis facultatibus

K k k 2 prorsus

prosperus nudatus, vxores, filiosque restituere, sed nihil de preda dare: Respondens omnis vir pessimus, & iniquus de viris, qui iterant cum David, dixit: *Quia non venerunt nobiscum, non dabitur eis quidquam de preda, quam erimus: sed sufficiat unicuique viator sua, & filii, quos cum acceperint, recessant.* Hoc fuisse inuidus consilium, & malevolentiae votum, tradit Abulensis *quæst. 16.* *Ille magis inuidus erat.* Ut luxori suo blandiretur, hanc discrucandi artem excogitauit, vxorem scilicet, filiosque restituere, & substantiam retinere, ut, dum paupertate remitteret, & amoris flammis virum, commilito mortis experientur angustiam, immò duriorem pre ipsa morte agrimoniam. Tetrus dæmon inuidentie flammis adustus, videtur & obscuratus, dum Iob patientiam conatur cuertere, facultatibus prorsus inuidus filiis orbauit. Sabæi boues, & asinas auferunt, alatus ignis oves consunt. Chaldaei camelos furantur. Astutæ acerrimum disponuerat inopæ arietem, ni dominus, qua filij vescerantur, subrueret: *Reperi è vekemens ventu irruuit à regione deserti, & concutit quatuor angulos domus, que corruens opprescit liberos tuos, & mortui sunt.* Dura parenti filiorum ruina, sed neficio an durius inopæ eorum forceris miseria. Granis ærumpa filios amittere, nec minus granis be-nevolis oculis inspicere, nec posse fameris de-pellere. Fortassis non est diabolus permisus ablatis penitus facultatibus filios relinquare, quasi auctor esset aries contra tolerantiam filiorum nuditas, & summa egestas. *Ecce (inquit Glossa) ne quid nimis de humana aduersitate doleat...* Ni ventus irrueret, nimis fortassis ablatis facultatibus angeretur, cum amor filios co-geret alere, nec illi, unde aleret, posset suppre-tere: ergo ablati sunt filij, ne superstites pa-tris patientiam subruerent, & arietem famis euer-terent. Sua dæmonem fecellit astutia, dum pro-sperus inopæ filios aufert, nec enim granis incu-tere posset tormentum, quam facultatibus de-nudare, & oculis famelentes filios obiciere.

TEXTVS.

VERS. XXXIII. Dicit autem David: non sic facietis, fratres mei, de his, quæ tradidit nobis Dominus, & cu-stodiuit nos, & dedit latrunculos, qui eruperant aduersum nos, in manus nostras.

S. XXXVI.

Prudentia est aliquali dispendio redime-re iurgia, & iurgiorum euadere incommoda.

Iurgium. **N**ihil pretiosius, quam pax fixa, & votina concordia: Si lites perstrepant, animorum tranquillitas mutua dissidiis amittitur, & non raro salus contentorum laboribus fatigatur. Sapiens magis eliget aliquali diuitiarum dispendio vitare certam, quam infidiosa possidere facultatum augmenta. Opportune Cassiodorus 10. variar. 23. *Erigit uestra sapientia firmitatem, & hanc vobis palmam concordia spe-cialiter vendicare, ut sicut clementissimi Imperatoris famam prælatis inclita dicatur; ita in pacie*

*studio opinio uestra cunctorum admiratione laude-tur. Non potest à cunctis non dilaudari pacis stadium, et si ob stabiliendam pacem aliquale diuitiarum sustineatur dispendium. Geminata vi-ctoria palma David floret redimitus, & scelus proponitur commendandus, dum interea ma-luit vitare dissidia, quam detulere copiosiori substantia. Subiugatis Amalæ citatum latrunculis adauxerat vicitor famam, sed modò liberali ma-nu prædam partitus vendicavit sibi concordia gloria. Cum ducenti ex militibus ad vires re-creandas, & sarcinas custodiendas circa torren-tum substituerint, reliqui, qui prædam ab hos-tibus eripuerant, nihil de præda ducentis im-pertiendum clamabant; verum David blandis verbis sententiam demutare suavit, oportere que diuidi prædam afferuit: Non sic facietis, fratre-me, de his, quæ tradidit nobis Dominus. Non fo-lium optimus Princeps animum ostendit gene-rosum, sed prudenter etiam cautum; nec solam consuluit vni, sed alteri parti, nam si ducenti nihil acciperent, fors contra locos arma pren-sarent, & cythara vertetur in luctum, trium-phusque in planctum: ergo maluit quid de præda impertiri, quam noua certamina sustinere. Ita Abulens. *quæst. 16.* Si David non dedi scelus viri partem præda, indignati fuissent, & mouissent litigium contra religiosos. Si nihil concederet de præda; viatorum turbarent arma, & orrente perniciofa dissidia: ergo omnibus consuluit, dum tranquillitatem aliquo præde dispendio emit, & iurgiorum detrimenta vitavit. Abra-hami commendatur prudenter, qui cum inter Lothi, ciusque pastores oriri animaduertit iurgia, totus fuit in asseruanda concordia: *N. Gen. 13, quæst. si iurgium inter me, & te, & inter pastores tuos, & pastores tuos.* Optionem eligendi alendos greges pacuæ Loth concessit, ut de-teram elegiri, ego ad sinistram pergeam. Si Loth florida, irriguaque pacua eligetur, & Abra-hamus non adeò alendis gregibus opportum, graue erat detrimentum, cum gregum copia plurimum à pacuæ perdeat, Abrahamus tamen labens subiuit dispendium, ut impedit dispendium, ut qui nouerat concordia esse maiora commoda, quam non fecundi soli dispendia. Vt etate matuor, ita & prudentia resplendit etiam excellentior; non ignorabat detrimentum, sed concordie expendebat commodum: ergo maluit quid de suo amittere, quam di-cordia, ac iurgia fouere. Opportune Olearius ad mores: *Non possunt iusti lites, & contentiones ferre, & malunt de sua substantia perdere, quam contentionebus miseri.* Senis debuerat esse electi, sed ne iterum super hac re contendere, opinionem illi dedit, & cessit iuniori senex. Optione con-cessa dignam sene ostendit prudentiam, emen-do aliquam iacturam diuitiarum concordiam, & dum mauiit carere iurgii, quam studere diui-tiarum augmentis, cunctis proponit im-tandus, & reverendus. Immò ut noueris iactu-ram ob conseruandam pacem in viiram con-ueri honestam. Abrahamus resplendit pre-Lotho diuitiarum copia opulentus, & a pre-datum incuribus afferuatus. Loth vberima pacuæ discupiens, captiuus ducitur, Abrahamus pacis studiosus vicitor celebratur.*

§. XXXVII.

§. XXXVII.

Christus Dominus p̄e diuitiis hominem
estimat, homo p̄e homine
diuitias emat.

Diuitia.

NE Plutum mibi nominaveris (aiebat Alexi-
des apud Stobaeum cap. 113.) haud magni-
facillum Deum, quem vel pessimum quisque faci-
lē sibi asciscit. Ille Deus proflus probatbat con-
fūctus, quandoquidem eius studium non erat
homines acquirere, sed diuitias in immensum
cumulare. Pessimum quisque Pluti amicus erat,
quia in eius schola non edocebarunt hominis fa-
litem diuitiis præferre, sed diuitias proximis
anteponere. Ex quo pecunia in honore cœp-
pit, honor virtutis impendi defuit. Charitas
elanguit, quo paup̄ pessimum diuitiarum amor
effloruit. Nonnulli ex Davidis militibus diuitia-
rum cupiditate inflammati nihil de præda lassis
commilitonibus impertinendum pertinaciter con-
tendebant; ab Amalekitis aspicerant proflus
dispoliatis, vxoribus, & filiis omittens, nec ta-
men aliqua commiseratione pulsabantur, vt
miseris, & contribulibus subuenirent, immo
avari sibi nihil tribuendum eis contendeban-
t: *Non dabimus eis quidquam de præda,
quam erimus, sed sufficiat unicuique vxor sua, &
fili, quos eum acceperint, recedant.* Verum David,
qui Christi Domini gerebat imaginem, aurum
spreat, & illis prædam diuidere generosus stu-
dit. *Non sic facietis si aires mei, de his, que tradi-
dit nobis Dominus, & custodinit nos, & dedit
latrunculos, qui eruperant aduersum nos, in ma-
nus vestras.* Ni præda poterint, adiungentur,
recederentque inopes, & afflicti, præda accep-
ta perseuerant grati, & beneficijs obstriciti:
ergo maluit David homines elucrari, quam di-
uitias possidere. Ita Abulensis quæst. 16. Reces-
sissent a David: volebat autem David benignè tra-
ctare omnes ad se confugientes, ideo noluit eos pri-
mæ portione sua. David homines aut̄ prætulit,
milites commilitonibus præferebant aurum.
Cum miser à latronibus dispoliatus, & vulneribus
confosus iaceret, nec Lenita, nec Sacer-
dos, qui potiori p̄ alijs iure ad commiserationem
tenebantur, miseri sunt, sed ne quid in
fatu reparanda expenderent, humanitatem
extuerunt. Samaritanus vinnum, & oleum infu-
dit, & denarjs etiam stabularium munerauit:
*Procul duos denarios, & dedit stabulario, & ait:
Carum illius habe.* Plus quam homo apparuit
Samaritanus, dum hominis salutem p̄ aut̄
estimauit, & Lenita ab humanitate proflus
desciuit, dum aurum prætulit: Notauit Augu-
stinus in Catena: *In Samaritano se voluit intel-
ligi Dominus noster Iesus Christus.* Quia pul-
chrior, elegantiorque Christi imago quam Sa-
maritanus pietate proximus, longinquus ge-
nere aurum parupendens & hominem saluti
restituenſ, cū ferè omnes cœco diuitiarum
amore teneantur, nec miseris subuenire di-
gnentur.

LUC. 10.
v. 35.

§. XXXVIII.

Humanus, & ciuilis Princeps facile in
suam trahit sententiam, & iniquo-
rum etiam fletit malitiam.

Princeps.
Humanitas.

Laudabilis incantamenti ingenium urbana
fortit̄ humanitas, & pro veneficijs ciui-
lis est comitas: ipsa contumacia erubescit non
cedere, si honestis humanitatis, comitatisque
veneficijs contigerit illigari: verum maiores
vires fortit̄ hæc honesta incantatio, si à Prin-
cipe, magnatibusque exercetur; tunc namque
nec contumacia resistere, nec adet improbitas
refractari. Ex Davidis militibus improbi, agre-
stefque nihil de præda commilitonibus, qui ad
torrentem lassī subfiterant, dilargiendum ana-
ris vocibus contendebant: verum David, quod
eos detersiores agnouit, & humanius tractauit:
superiores edocens, oportere aliquando, quod
facilius subiectos à præmitate auerterint, verbis
humanitate diffuentibus vti, & veluti fallen-
tibus medicinis curare. Humanitate ergo vñs
sic iniquos in suam sententiam traxit, vt eru-
buerint resistere, & Principi comitati se oppo-
nere: *Non sic facietis, fratres mei, de his, que
tradidit nebis Dominus.* Fratres appellando su-
fit, quod toro supercilios, & regali imperio,
aut non asperceretur, aut saltu ardore. Notauit
Abulensis quæst. 16. *Nec locutus est dare
contra virum iniquum, qui ista mouit, sed su-
dendo magis, quam ibendo dixit: Non facietis
sic, fratres mei.* Non corripuit iniquum aspe-
rè, sed suasit comiter, & benignè: ergo ob-
mutuit humanitate impeditus, & urbaniatis
incantamento illigatus. Præda diuina est, &
qui anteā nihil alii dilargiendum, vocifera-
bantur ferocios, æqualiter diuidi censuerunt iam
mites. Et quidem, qui humanitatem, ciuitate
tēmque Principis contempstis, indignationis
contra se flammis imprudenter excitant. Rex
ille, qui ad filij muptias celebrandas oppiparum
instruxit coniuvium, plures ad mensam inui-
tando honorauit; verum illi ipso honore inflati
, & ipsa comitata superbi se exhibuerunt
agrestes, & inciuiiles: *Illi neglexerunt. Quid
tunc?* In eos Princeps iratus missis exercitibus
perdit, & cimitatem flammis consumpsit. *Ir-
atus est, & missis exercitibus suis perdidit homici-
das illos, & cimitatem illorum succedit.* Et cur
non expectarit patienter, qui toties sua sibi pa-
tientia quodammodo detraxit, & offensis pro-
ritatus indignationem continuuit: *Quia vbi ex-
pertus est comitatus inuitatos, urbaneque alle-
atos non demutasse sententiam, veluti desperata
iam eorum correptione seueram decreuit mul-
tam. Notauit Origenes in Catena Dini Thomæ.*
*Additum est homini Regi, ut hominibus quasi ho-
mo loquatur. Quid humanius, quam Regem
homunculos inuitare? Quid ciuiilius, quam mil-
lis fernis allicerit: ergo quos urbanitas non at-
traxit, veluti omni salutis spe interdictos di-
gnis suppliciis affecit, quasi iam nullum super-
est post comitatem remedium. Est enim Prin-
cipis comitas & humanitas ad alliciendos vel
contumaces efficax satis argumentum, & ho-
nestum beneficium.*

T E X T V S.

VERS. XXIV. & XXV. Nec audiet vos quisquam super sermone hoc. Aequa enim pars erit descendantis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, & similiter diuident. Et factum est hoc ex die illa: & deinceps constitutum, & præfinitum, & quasi lex in Israe in diem hanc.

§. XXXIX.

Bone politice congruit stabili lege vitare, unde iurgia possent oriri.

*politicæ.
Lex.*

IN bene constituta Republica stabili lege debet sanciri, quod omnium concordiam quiuerit promouere: nec tuto cuiusque arbitrio relinquitur, quod dissidiosæ occasio litis esse probatur; nam, dum quisque pro lege suum sequitur votum, cæcum emergit inter vtramque partem dissidium. Prouida, & cordata politices fixæ decernit sequendum, vt litigiorum præscindat scandalum: *Non rixas viles* (aiebat Cæsarius 10. variar. 19.) *per regna requiriunt, non vos iniusta certamina, qua sunt bonis moribus inimica, delectant, quia nihil aliud vos constat appetere, nisi quod opinionem vestram possit ornare.* Nihil debuissent deuoti subiecti sitire, nisi bona concordia qua redditur eximium quidquid prædicabili charitate patratum; verum quia non semel cupiditas pacis inimica, aut gloriæ ambitus rixas solent promouere, stabili debeni lege vitari. David milites acceptam ab Amalecitis prædam protestabantur ad torrentem subsistentibus nullatenus diuidendam; verum prudentissimus, ac prouidus David & cupiditatem repressit, & colendam exinceps legem promulgavit: *Nec audiet vos quisquam super sermone hoc: aqua enim pars erit descendantis ad prælium, & remanentis ad sarcinas & similiter diuident.* Et factum est hoc ex die illa, & deinceps constitutum, & præfinitum, & quasi lex in Israe usque in diem hanc. Ne iterum inter commilitones, fratresque eiusmodi orientur rixæ, prudenti lege quid sequendum statuit, & iam stabilita, obseruatque lege cessavit dissidium, & quod inter commilitones exoriri potuisset, bellum. *Ex hoc tempore* (inquit noster Sanctus) *lex fuit in Israe, ut aquam partem ferrent ex præda, seu victoria, qui cum hoste congligerent, & qui ad fernandas sarcinas essent ab Imperatore designati.* Contentus non fuit Imperator indignam illam militum vocem, quæ exiret in vulgus, hominumque notitiam, grani, eti humana, reprehensione compescere; sed voluit, ne similis iterum oriretur quæstio, legem sancire. O quot lites, iurgiæque vidi ob honorem exhibendum, alter plus ambit, & minus alter impendit: quia omnia facile vitarentur, si lex eiusmodi ceremonias fixæ stabilitas decerneret; tunc enim nec reuerentiam exhibens incivilis minueret, nec, cui exhibetur, ambitius extenderet: verum, dum alter putat non tantum honoris exhibendum, & arbitratius alter plus sibi donandum, discordant voluntates, & factiosæ promanant lites. Cum Assuerus Aman exaltal-

set, non nullis servis suis præcepit, vt ante eum genu flecerent: *Cuncti servi Regis, qui in foribus palati versabantur, flebant genua, & v. 2. adorabant Aman: sic enim præceperebat eis imperator.* EO tempore Mardochæus, & nobili genere exortus, & alias Regina patrua, cum Imperatoris mandatum eius tantummodo servis damm esset, arbitratus est ea se speciali lege non teneiri, vnde genua flectere reculauit. Aman ventosissimus, & superbus, ob honoris ceremonias offensus Mardochæo periculum vita colotatis rationibus attulit: dumque alter plus honoris sit, & minus alter, quia se ea lege non comprehensum putat, impedit, periculosis adiurgiis, dissidiisque exarserunt, vt alter morti fuerit obnoxius, & pacibulo alter supensis. Si non solum ad Regis servos, qui in foribus palati versabantur; sed ad reliquos omnes data fuissent illa decreta, forsitan sopia fuissent dissidia. *Positum* (scribit Lira) *machinationis occasio.* Machinationis occasio exxit decretum ad solum Regis seruos spectans, nec omnes generaliter comprehendens; nam dum alij impendunt, & impendere alij refugunt, occasio porrecta est odij, & dissidi.

T E X T V S.

VERS. XXVI. Venit ergo David in Siceleg, & misit dona de præda senioribus Iuda proximis suis, dicens: Accipite benedictionem de præda hostium Domini.

§. XI.

Magistratibus, Reipublicaque senioribus omnes gestiunt munera dilargiri, quibus eorum possint benevolentiam mereri.

Mvnera, donaque affectus probant illi-
ta, immo præstigia incantamenta, *Magni-*
Vel Can-cerberus oblata offa depreffus latet, *Am-*
aut ora sigillat. Grati sunt plures ad mercedem, & se illis ostentauerit benevolos, quos sibi non
dubitant profuturos. Hinc est, quod quicque
magnates, magistratusque oblatis numeribus
sibi admittitur conciliare, & eorum benevolentiam mereri. Disertæ aiebat Tertullianus in *Apologico cap. 23.* cœcos idololatras Christianorum sanguinem idolis litare, quo eorum gratiam præmererentur. Et quidem (quimus deinceps)
cum aras adniterent ornare, sibi præmitabant
benevolos, & humani oculis excepit, & homi-
cidium deprædicandum fore holocantum. *Cœ-
tis illos (quod sciam) de sanguine Christianorum.* *Nolent itaque vos tam fructus, tam officiosi sibi
amittere.* Nemo ex huiusmodi diis vult amittere
fructuosum, officiosumque, & cum pauperrim
oblatus sanguis eorum domos ornat, offertem
gratiam conciliat. David non ambitius, sed
gratus de præda misit munera Iude senioribus,
& dum munera misit, honestis factis studia can-
didatorum expressit. Innuit Abulensis quæst. 21.
Indigebat amicorum favore tam ad subditudinem in
victu, quam ad adiutorium in bello: voluit ergo
muneribus multorum animos sibi conciliare, & hoc
fecit in viris tribus Iuda. Tribus senioribus dilar-
gitis voluit muneribus obligare, quo eorum
favorem,

Gen. 43.
v. 11.

factorem, & benevolentiam facilius posset fortiri; præ alii senioriæ sibi allicere procurauit, quia suis incrementis profuturos plus creditit. Cum Simeon in Ægypto vincus detinetur, præcepit filius suis Iacob munera Proregi deferre: *Deserte viro munera, & iam delatis muneribus Simeon producetur vinculis liberatus, Iosephoque munera offerentes non, vt prius, alpero supercilio perculsif, sed oculis humanitatē plenis adpexit: Obulerunt ei munera, tenentes in manibus suis, & adorauerunt prius in terram.* At ille clementer refutatis eis interrogauit eos, dicens: *Saluus est pater vester senex? Visa in manibus munera asperitatem in humanitatem denuntarunt, & fratrem vinculis exoluerunt.* Quam prudenter Iacob gratiam muneribus consuluit acquiri, vt qui bene nonerat causam sic facilime meliorari. *Habentibus pecuniam in sacris* (scribit Hugo) *educium frater de vinculis.* Iam frater vineculis exoluitur, quia a fratribus pecunia offertur; oblatæ munera promeruerunt gubernatoris gratiam, & conciliauerunt clementiam. Vbi duplicitam pecuniam attulerunt, facile eis adscriptam offensam inauarunt. Nulla Ioseph cupiditatis labe sorduit, sed, quod solet fieri, honestis actionibus adumbravit.

§. LXI.

Non ita cognationis vinculo fidas, ut fauorem muneribus, & officiis spernas.

Cognatio.
Officium.

VT à consanguineo possis sperare, officiis, & obsequiis est tibi curandum colere; nam si cognatus nihil utilitatis speret, aut obsequiosa subtrahantur officia, facile obliteratur consanguinitatis memoria. Tunc cognatio floret, affinitas viget, si officiis irrigatur, & muneribus confonetur. *Absit* (aiebat Cassiodorus 8. variar. 23.) *ut negemus affini, quod sollemus enstatuere subiectis*, quando qui nobis sanguine coniungit, plus meretur. Dum plus meretur sanguine coniunctus, plus dolet, si obsequiis debitis defrandatus. *Quid enim tali viro* (subiungit Cassiodorus) *negare possumus, qui etiam meliora suis obtainere posset obsequiis, vel si non probaretn affini.* Etiam qui non est affinitate, aut cognatione afficiatus, officiis obsequiis ad affinitatis iuri probatur admislus; vt è contraria, parum prodest consanguinitatis vinculum, si de sit urbanitatis, & amicitiae commercium. Hinc est, quod David de præda ab Amalecitis erupta munera suis contributibus miserit, vt, quos sibi natura coniuxerat, urbana officiositas arctius viret, & validius roboret. *Misit dona de præda senioribus Iuda proximis suis.* Iuda Seniores erant cum Davide sanguine coniuncti; verum n̄ xenis excitaretur amor, & officiositate alliceretur affectus, forsan quantumvis sanguine vnius, ingenis inuenirentur distracti. Audi Abulensem quæst. 21. *Volunt muneribus multorum animos sibi conciliare, & hoc fecit in viris tribus Iude, quia cum illi essent cognati sūi, creditis, quod firmis seruarent fænum suum.* Prudenter expectauit a cognatis ampliorem fænoris gratiam, sed prudenter etiam eorum fons oblatæ benevolentiam. Aliquando cognatus naturæ leges ignorat, si officia desint, & obsequia: Iacob ad auncenli domum de matris imperio tendebat, & licet cognationis iure humanae se excipiendum non ambigeret, officiis

tamen exhibitis auncenli animum sibi allicere procurauit. Ut vidit Rachælem greges ad putrum ducere, amoto lapide copiosis laticibus ad aqua: *Amoris lapidem, quo puerus claudebatur, & ad aquato grege osculatus est eam.* Laban agnoscens nepotis obsequium, & in gregibus alendis studium, humane, benignèque excepit, & forsan solo confanguinitatis titulo non se aded placidum exhiberet, nec labenter aded exciperet. *Docemur hic* (inquit Oleaster) *curare ea, que sunt consanguineorum, quemadmodum nostra.* Iacob officiositas non parum consanguinitatis roboret vinculum, & sibi auncenli conciliavit affectum.

Gen. 29.
v. 10.

TEXTVS.

VERS. XXVII. XXVIII. & XXIX. His, qui erant in Bethel, & qui in Ramoth ad meridiem, & qui in Iether, & qui in Arroer, & qui in Sephamoth, & qui in Eshamo, & qui in Rachal, & qui in urbibus Ierameel, & qui in urbibus Ceni.

§. XLII.

Ingenuus, quam primum potest, beneficioribus suis respondet, & gratiam addit.

Gratissima sunt beneficia parata, & difficili tempore impensa, præcipue si omni spe, & cupiditate nuda. Illud beneficium incundim, in animoque semper victurum noueris, quod indigenti exhibitum, & sine rubore petitionis impensum. Ingenuus quicque, dum accipit, externa memoria colit, nec occasionem honoriandi benefactorem elabi finit. *Volo Chrysippus nostri ut similiudine* (aiebat Seneca lib. 2. de benefic. cap. 17.) *de pilæ lusu: quam cadere non est dubium, aut mutentis virtus, aut accipientis.* Tunc cursum suum seruat, ubi inter manus virius quæ aptè ab utroque & iactata, & excepta versatur. Cittissimè pilæ finiretur ludus, si ab uno missa, & ab altero non reddit. Perleuerat non sine voluptate, cum aptè inter utrinque manus pilæ versatur. Idem, quod pilæ, liberalitati accedit. Liberalis impertit beneficium, sed reddi debet gratitudine compensatum: nam si accipiens obliuiscitur, generositas exiccatur. David, dum procellosa persecutionum tempestate iactabatur, multorum eguit auxilio, iam apud hos latitabat absconditus, iam apud illos eludebat periculum afferuatus; cumque modò creptis ab Amalecita prædis exundaret, curæ illi fuit liberali munerum largitione contestari memoriam, & remunerare benevolentiam. Donec misit plurimis: *His, qui erant in Bethel, & qui in Ramoth, &c.* Ei locis commoratus, & ab incolis benignè exceptus retulit gratiam, & ingenio originis referendo ostendit prærogatiuam: ingenuus namque obliuioni nunquam accepit trahit beneficia, nec, si possit, differt exhibere gratitudinis argumenta. Prodebat noster Sanctus: *Hac tam liberali largitione duo agebat David. Primum ostendebat se non esse officiorum immemorem, deinde ut muneribus, quæ etiam alienorum animos expugnare, suorum contributum, id est, eorum, qui erant e cognata sibi tribi, conciliaret.*

liaret gratiam. Gratiam sibi conciliabat, dum gratiam benefactoribus rependebat; est enim gratitudo non solum nobilitatis index, sed ars etiam acquirendi noua beneficia, & ampliora munera. Ezechiel, ut vidit Hebreorum gentem ad idolorum venerationem conuersam, & tot beneficiorum oblitam, a generis claritate asseruit degenerasse, & sordidis, ac ignobilibus se immiscuisse: *Mater vestra Cetha, & pater vester Amerbau.* Et cur ab Abraham origine expunxit? Quia in gratos nouit, & in gratitudo non videtur potuisse nobilium fortiori originem, ut contra gratia iudo vilem inaurat propaginem. Huc voco Tertullianum in *Apologetico cap. 40.* *Illius rea est, cuius & integrata.* Profecto ingratia semper sunt rei, & dum beneficia tradunt oblinioni, se defecant odioso crimen. Non tulisset Hebreus, si rependisset gratiam, à nobili vena expunctionis notam; verum, dum ingratus, sordidus expunctus. David in primis curauit liberali largitione propter beneficiorum memoriam, & exhibere benefactori benevolentiam.

TEXTVS.

VER. XX X. & XXXI. Et qui in Arama, & qui in lacu Asan, & qui in Atach, & qui in Hebron, & reliquis, qui erant in his locis, in quibus commoratus fuerat David ipse, & viri eius.

§. XLIII.

Nequit à Deo largiter non muneari, qui eius seruos benignè nouit & excipere.

Hospitali-
tatis.

Fortunata domus visa est quibusdam (scribit Philo lib. de Abraham) in quam viros sapientes diversi contigit. Humana, & ciuili benignitate Dei seruos excipere est ad fortunam augendam tuum compendium, & honestum artificium; quod charitas ad speciem videtur profundere, re ipsa probatur angere, nam

vt semina pullulant nous prouentibus aucta; sic affert incrementum misericordia Dei ser-uis impensa. Amplius hereditatem, que ad Damascum Eliezer deuenisset, sibi Abraham humanè excipiendo hospites conseruauit, quia heredem legitimum meruit. *Ego vadam abique Gen. 15.* iste *Damascus Eliezer.* Putabat amplius, quam possidebat hereditatem ad extermum denuoram, sed naturam reformat, dum lauit hospitibus apponit mensam; & hospites generos, & humanitate allecti pro mercede filium promittunt: *Habebit filium Sara vxor tua. Filius ger. 10.* manus hospitalitatis fuit primum, & iam sterilitatis deletur probrum. Redeat datus Philo: *Maiores spe referunt ei gratiam, per quam è tribus pricipiis, ei polliciti nasciturum breu germanum filium.* Prodigio simile ea in domo conspicuum est. Hospites non esurientes videbantur esurire, non edentes edere: aduentarunt solummodo, ut plus hospitis animo, & insigni honorificentia recreati, quam laginato vitulo innutriti spem donis euincerent, & quam lucrosa sit hospitalitas, edocerent. In nostro etiam Textu, qui David, semisque eius benignè exceperant, magnifice largitionibus honorantur, & mox futuri Principis benevolentia fruuntur: *Misit dona de prada seni-ibus Inda, &c... & reliquis, qui erant in his locis, in quibus commoratus fuerat David ipse, & viri eius.* Non est dictum facile, quam fuerint fortunati viri illi, apud quos David cum satellito commoratus, & benignè hospitio fuerat exceptus; copiola namque resplendens remuneratione ditati, & Principis gratia fructi. Audi Liran: *Defribuit preda diuina quantum ad amicos David, & benefactores, apud quos David, & viri eius lauerant, fugiendo pa-secutores Saulis, & à quibus beneficia recipiunt.* Qui David milites panperes ali, hospitioque excipi humanis solum oculis metetur, exhibitum eis obsequium arbitraretur amissum; sed qui acutiori acie adipiceret, copiolam ex illa misericordia beneficiorum legem demetendam certò praeuideret. Hospitalitate, que est fortuna mater, & felicitatis nutritrix lacuari sunt Regis gratiam, & munerum etiam copiam. Qui paverat militem gregarium, debitorem filii habebat Regem præcessum.

CAPUT XXXI.